UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

**Parisiis, 1644**

Ta Praktika Tu Apostatiku Synedriu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15062**

Visual Library

ANNO CHRISTI 431.

καὶ ἀπόνοιαν περιβεβλημένος, κακίᾳ ἐγκαυχώμενος, ὡς δυνατὸς, ἀνόμα διαλογιζόμενος· καὶ ξυρὸν γέγονας κατὰ σεαυτοῦ ἐξηκονημένον, *μέλλον ἐργάζεσθαι δόλον. διὰ τοῦτο ὁ θεὸς, ὃν παρελογίσω, καθεῖλέ σε, καὶ ἐξέπλε τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων, διότι οὐκ ἐφρόνησας περὶ θεοῦ. καὶ ταῦτα μὲν παρ᾽ ἡμῶν ἀρκείτω τὰ πρὸς τοῦτον. θεός ἐστι κριτὴς καὶ ἀποδότης ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. γένοιτο δὲ ἡμᾶς τρέμειν καὶ προσκυνεῖν τὴν ἑνότητα, καὶ βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ ὑπηκόοις γίνεσθαι, καὶ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, καὶ τρέμειν καὶ σέβειν τὴν ἀδιάστατον τριάδα· ὑμνοῦντας τὴν ἀειπαρθένον Μαρίαν, δηλονότι, *τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ τὸν ταύτης υἱὸν, τὸν νυμφίον ἄσπιλον· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

*μάχαιραν

dutus, nullam noſtri habuiſti rationem, glorians in malitia, tamquam potens, & iniqua cogitans. Psal. 51. Et factus es nouacula contra teipſum acuta, dolum machinans. Quare Deus quoque, aduerſus quem cauillis es vſus, te deiecit, tuamque radicem e terra viuentium euulſit, propterea quod nullam Dei rationem habuiſti. Et hæc hactenus a nobis dicta contra iſtum ſint ſatis. Iudex eſt Deus, & Rom. 2. v. 6. vnicuique reddet iuxta opera ſua. Contingat autem nobis, vt vnionem reuereamur & adoremus, piiſſimoque imperatori obediamus, principibuſque & poteſtatibus ſubiiciamur, ac indiuiſam trinitatem tremamus & colamus, Mariam ſemper virginem,* ſanctum videlicet (Dei) templum, eiuſdemque Filium, & ſponſum immaculatum laudibus celebrantes. Quoniam ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

---

# ΤΑ ΠΡΑΚΤΙΚΑ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΑΤΙΚΟΥ ΣΥΝΕΔΡΙΟΥ.

# ACTA CONCILIABVLI.

*παραχθέντα ἐν Ἐφέσῳ παρὰ τῶν τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπων, ἐν οἷς Κύριλλον καὶ Μέμνονα καθαιρέσι ὑπὸ Σάλλυσιν, ἐπὶ παρουσίᾳ Κανδιδιανοῦ.

Ὑπομνήματα * παρὰ τοῖς ἀνατολικοῖς ἐπισκόποις, ἐν οἷς καθαιροῦσι Κύριλλον καὶ Μέμνονα τοὺς ἁγιωτάτους, καὶ ἀκοινωνήτοις ποιοῦσι πάντας τοὺς τῆς ἁγίας συνόδου.

*Commentarii geſtorum apud orientales epiſcopos, in quibus ſanctiſſimos Cyrillũ ac Memnonem deponunt, & omnes qui ad ſanctam Synodum cõuenerant, excommunicant.*

ΠΑΡΟΝΤΟΣ ἐν τῷ οἰκείῳ καταγωγίῳ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου Ἰωάννου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀντιοχέων μητροπόλεως τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ ἁγίας συνόδου, ὁ μεγαλοπρε-

IOANNE ſanctiſſimo, Deoque amabiliſſimo epiſcopo metropolis Antiochiæ, orientis diœceſis, in ſuo diuerſorio manente, ſanctaque illius Synodo præſente,

magnificentiſſimus illuſtriſſimuſque deuotorum domeſticorum comes Candidianus dixit: Optabam equidem, pietate tua coram conſtituta, totaque Synodo in vnum ſimul coacta, dominorum noſtrorum ac piiſſimorum imperatorum literas exhibere, vt quæ ab ipſis mandata ſunt, vniuerſa Synodo ſimul, vt modo aiebam, congregata, executioni mandarentur. Ceterum, cum ante quinque proximos hoſce dies reuerendiſſimus epiſcopus Cyrillus, ac Memnon huius ciuitatis epiſcopus, & qui cum ipſis ſunt reuerendiſſimi epiſcopi in ſancta eccleſia conueniſſent, a me prohibiti ſunt, ne contra dominorum noſtrorum & piiſſimorum imperatorũ decreta inter ſe conſeſſum facerent, atque moniti vt omnium veſtrum aduentum expectarent: illi autem vt Sacram prælegerem, efflagitarunt. Cum vero id recuſarem propter ſanctitatis tuæ abſentiam, quodq; multi præterea alii epiſcopi & metropolitani nondum aduenissent, coegerunt me illi, ſe ignorare aſſerentes quid a dominis noſtris perſcriptum eſſet. Coactus ergo, ne turbæ cuiuſpiam aut ſeditionis occaſionem præberem, ipſis congregatis Sacram legi. Verumtamen etiam diſceſſurus, & præſens ipſos cõteſtatus ſum, ne præceps aliquid agerent; quemadmodum multi ſanctiſſimi epiſcopi, qui vna mecum ad ipſos introierant, compertum habent. Illi vero conteſtationem eam nihil morati, omnia pro ſuo arbitratu egerunt.

*Comitis Candidiani coram Ioanne Antiocheno, eiuſdemque conciliabulo conficta narratio.*

Ioannes epiſcopus Deo deuotiſſimus dixit: Optamus piarum

πέστατος καὶ ἐνδοξότατος Κανδιδιανὸς, ὁ κόμης τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων, εἶπεν· Ἐμοὶ μὲν εὐχῆς ἔργον ἦν, καὶ τῆς σῆς θεοσεβείας παρούσης, καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς συνόδου συναχθείσης εἰς ἓν, τὰ γράμματα τῶν δεσποτῶν ἡμῶν καὶ εὐσεβεστάτων βασιλέων ἀποδοῦναι, ὥστε πάσης, ὡς προεῖπον, τῆς συνόδου συναχθείσης, τὸ τηνικαῦτα τὰ προστεταγμένα παρ' αὐτῶν γενέσθαι. ἀλλὰ πρὸ τούτων ἡμερῶν ε΄. ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κύριλλος, καὶ Μέμνων ὁ τῆσδε τῆς πόλεως ἐπίσκοπος, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι, συναχθέντες ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, ἐκωλύοντο παρ' ἐμοῦ καθ' ἑαυτοὺς συνεδρεύειν παρὰ τὰ τεθεσπισμένα παρὰ τῶν δεσποτῶν ἡμῶν καὶ εὐσεβεστάτων βασιλέων, καὶ παρῃνοῦντο ἀναμεῖναι τὴν πάντων ὑμῶν παρουσίαν· οἱ δὲ ἀπῄτουν παρ' ἐμοῦ τὸ ἀναγνωσθῆναι τὴν σάκραν. μὴ βουλόμενος δὲ τοῦτο ποιῆσαι διὰ τὸ μὴ παρεῖναι τὴν σὴν ἁγιωσύνην, πολλούς τε ἑτέρους ἐπισκόπους καὶ μητροπολίτας μηδέπω ἐληλυθέναι, ἠναγκάσθην παρ' αὐτῶν, διὰ τὸ εἰρηκέναι αὐτοὺς, ὅπερ ἀγνοοῦσι, τί ἂν εἴη τὸ γραφὲν παρὰ τῶν δεσποτῶν ἡμῶν. τούτου ἕνεκεν, συναχθέντων αὐτῶν, ἀναγκασθεὶς ὑπὲρ τοῦ μὴ δοῦναι πρόφασιν ἀταξίας, ἀνέγνων αὐτοῖς τὴν σάκραν· καὶ παρὼν, καὶ μέλλων ἐξιέναι, διεμαρτυράμην αὐτοὺς, μηδὲν προπετὲς πρᾶξαι, καθὼς καὶ πολλοὶ τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων τῶν σὺν ἐμοὶ πρὸς αὐτοὺς εἰσελθόντων ἴσασιν. οἱ δὲ οὐδὲ οὕτως ἀναχόμενοι, ἔπραξαν ἅπερ αὐτοῖς ἤρεσεν.

Ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν· Εὐχῆς ἔργον ἐπακοῦσαι τῶν

ANNO CHRISTI 431.

τῶν εὐσεβῶν συλλαβῶν. χρὴ γὰρ μὴ καταστοχάζεσθαι τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἐπ' αὐτῆς βαίνειν τῆς ἀληθείας, καὶ μαθεῖν τὸν εὐσεβῆ σκοπὸν τῶν θεοφιλεστάτων ἡμῶν * δεσποτῶν· οἵτινες πᾶσαν σπουδὴν ἔχουσιν ὑπὲρ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ προτιμῶσι τούτου οὐδέν. γνωρισάτω οὖν ἡμῖν ἡ ὑμετέρα μεγαλοπρέπεια, ἵνα δὴ τὰ παρακολουθήσαντα, ἀναγνωσθέντων αὐτοῖς τῶν θεοφιλεστάτων τούτων γραμμάτων.

*βασιλέων

Ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανὸς εἶπεν· Ἀναγινωσκομένης τῆς σάκρας, ἐπευφήμησαν πάντες· ὡς νομίσαι με, ὅτι ἀληθῶς εἴκουσι πᾶσι τοῖς παρὰ τῶν εὐσεβῶν ἡμῶν βασιλέων θεσπισθεῖσι. καὶ ἔχαιρον ἐγὼ τούτοις. μετὰ δὲ ταῦτα παρακαλοῦντός μου εἶξαι πάντας τοῖς γράμμασιν, οὐδεὶς ἐμοῦ ἀνασχέσθαι ἐβούλετο, ἀλλὰ μεθ' ὕβρεως σὺν εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις, σὺν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Νεστορίου ἀποσταλέντας, καὶ σὺν σὺν αὐτοῖς, ἐξέωσαν· κἀμὲ δὲ πάλιν ἐπὶ πολὺ παρακαλοῦντα ἐξέωσαν τοῦ συνεδρίου, ὡσανεὶ οὐκ ὀφείλοντα κοινωνῆσαι τοῖς παρ' αὐτῶν τυπουμένοις. ἄλλως δὲ οὐδὲ τὸ ἀποσταλὲν αὐτοῖς παραναγνωστικὸν παρὰ τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων συνεχώρησαν ἀναγνωσθῆναι, ὡς οἱ σὺν ἐμοὶ γενόμενοι ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι ἴσασι, καὶ μαρτυροῦσι τοῖς παρ' ἐμοῦ ἀκολούθως γεγενημένοις. ταῦτα δὲ πάντα καὶ εἰς γνῶσιν τῶν δεσποτῶν τῆς οἰκουμένης ἀνηνέγκαμεν, δηλοῦντες, ὅτι τῆς σῆς ἁγιωσύνης τὴν παρουσίαν, καὶ τῶν σὺν αὐτῇ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ἀναμένομεν.

literarum tenorem audire. Oportet namque de rebus non coniecturam facere, ſed recta ad veritatem ipſam contendere, piumque Deo dilectiſſimorum imperatorum noſtrorum ſcopum intelligere, qui nullum ſtudium pro Chriſti eccleſiis detrectant, neque quidquam hoc antiquius habent. Veſtra proinde magnificentia nobis exponat, quænam, literis his piiſſimis apud illos lectis, conſecuta fuerint.

Magnificentiſſimus comes Candidianus dixit: Lecta Sacra omnes applauſerunt, ita vt non dubitarem, quin vere omnibus quæ a piiſſimis imperatoribus noſtris ſancita fuerant, morem eſſent geſturi; & eam ob rem gaudio perfundebar. Verum cum poſtea rogarem, vt literis parerent omnes, nullus audire me ſuſtinere voluit. Sed & religioſiſſimos epiſcopos, quos ſanctiſſimus Neſtorius miſerat, ceteroſque qui comites ipſis adiuncti fuerant, non abſque ignominia exegerunt: me quoque, cum precibus iterum obnixius inſtarem, veluti qui non deberem eorum eſſe particeps quæ ab illis gerebantur, e ſuo conſeſſu expulerunt. Sed neque admonitorium, quod religioſiſſimi epiſcopi ad illos deſtinauerant, legi permiſerunt: quemadmodum ſanctiſſimi epiſcopi norunt, qui mecum acceſſerunt, qui teſtantur etiam quę a me conuenienter geſta fuerunt. De his autem omnibus orbis dominos certiores fecimus, ſignificantes ſanctitatis tuæ, ſanctiſſimorumque epiſcoporum, qui tecum ſunt, aduentū nos expectare.

*Tota hæc Candidiani narratio manifeſtæ falſitatis ſigna præ ſe fert.*

Ioannes Deo dilectiſſimus archiepiſcopus dixit: Legantur & nobis quoque piæ literæ. Sanctiſſimis autem epiſcopis conſurgentibus, magnificentiſſimus comes Candidianus legit. Hoc autem facto, & poſtquam religioſiſſimi epiſcopi piæ ipſorum maieſtati bene precati eſſent, religioſiſſimus archiepiſcopus Ioannes dixit: Sufficiebat pia harum literarum ſerenitas ad inducendum illos in omnem modeſtiam, etiam ſi ſacerdotum catalogo adſcripti non eſſent: ſed quoniam, vt magnificentia tua retulit, poſt recitatas literas tumultu & perturbatione omnia compleuerunt, & contumeliis tum religioſiſſimos epiſcopos, tum magnificentiam tuam affecerunt; nos ea, qua par fuit, attentione ac modeſtia literas excipientes, parati ſumus piiſſimorum imperatorum noſtrorum voluntatem, Deo nobis bene fauente, rebus ipſis exequi. Rogo autem, vt ſi quid aliud ab ipſis actum eſt, ex tua magnificentia intelligamus.

Candidianus comes magnificentiſſimus dixit: Quandoquidem ſanctitas tua omnia ordine & exacte perquirit, æquum eſt, vt a me cetera quoque in medium afferantur. Sequenti itaque die, cum penitus quid actum eſſet neſcirem, repente ſanctiſſimum epiſcopum Neſtorium ab ipſis eſſe depoſitum audiui. Refixi ſcripturam illam depoſitionis publice propoſitam, & legi, quam ad piiſſimos imperatores noſtros miſi. Paulo poſt & publicos quoque præcones forum obeuntes, memoratique ſanctiſſimi

Ο θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν· Ἀναγνωσθήτω καὶ ἡμῖν τὰ εὐσεβῆ γράμματα. τῶν δὲ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ἀναστάντων, ἀνέγνω ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανός. Τούτου δὲ γινομένου, καὶ ἐπευξαμένων τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῷ εὐσεβεῖ αὐτῶν κράτει, ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν· ἤρκει μὲν * αὐτῶν τοῦ εὐσεβοῦς γράμματος ἡ γαληνότης πρὸς πᾶσαν αὐτοὺς ἀγαγεῖν εὐταξίαν, εἰ καὶ * ἔξω ἦσαν τοῦ ἱερατικοῦ τάγματος. ἀλλ' ἐπεὶ, ὡς εἶπεν ὑμῶν ἡ μεγαλοπρέπεια, θορύβου καὶ ἀταξίας μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν γραμμάτων τὰ πάντα * ἐπλήρωσαν, καὶ ὕβρεις ἐπήγαγον τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, καὶ τῇ σῇ μεγαλοπρεπείᾳ· ἐπιστάντες ἡμεῖς μετὰ τῆς * πρεπούσης εὐταξίας καὶ τοῦ γράμματος ἐπηκούσαμεν, καὶ τὸν σκοπὸν τῶν θεοφιλεστάτων ἡμῶν βασιλέων εἰς ἔργον ἀγαγεῖν * προθύμως ἔχομεν, θεοῦ ἐπιτρέποντος. παρακαλῶ δὲ, καὶ εἰ ἕτερον πέπρακται παρ' αὐτῶν, μαθεῖν παρὰ τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας.

Ο μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανὸς εἶπεν· Ἐπειδὴ πάντα ἀκριβῶς ζητεῖ ἡ σὴ ἁγιωσύνη καὶ ἀκολούθως, δίκαιον καὶ τὰ λοιπὰ λέγεσθαι παρ' ἐμοῦ. τῇ γὰρ ἑξῆς ἡμέρᾳ, ἀγνοῶν παντὴ τὰ πεπραγμένα, ἐξαίφνης ἤκουον, τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Νεστόριον καθῃρῆσθαι παρ' αὐτῶν, προτεθὲν τὸ γράμμα τὸ καθαιρετικὸν ἀποσπάσας ἀνέγνων, ὅπερ ἀπέστειλα τοῖς εὐλαβεστάτοις ἡμῶν βασιλεῦσι. μετ' ὀλίγον δὲ καὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν ἤκουον καὶ δημοκήρυκας περιιόντας, τὴν καθαίρεσιν τοῦ μνημονευθέντος

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Νεστορίου ἐκπομπεύειν. ταῦτα τοίνυν γνοὺς, *ἐνοχὰς ἀπέστειλα αὐτοῖς πρὸς τὸ μηδὲν πρᾶξαι παρὰ τὰ προσταχθέντα παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων. οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τοὺς ἁγιωτάτοις ἡμῶν ἐπισκόποις ἐμεθόδευσα, τοὺς μὴ συναθροισθέντας μετ᾽ αὐτῶν, ἀναμεῖναι τὴν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης παρουσίαν.

* ἐν ἀρχαῖς

Ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν· Ἀκολούθως τοῖς κανόσι, καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς *θεσπίσμασι, καὶ τῷ βασιλικῷ γράμματι, ἐπὶ ἀθροισίᾳ πάντων διαλεχθέντες, καὶ ἐπερωτήσαντες τὰ εἰκότα, καὶ τυχόντες ἀποκρίσεως, ἦλθον ἐπὶ τὸ, ἐλέγχων γινομένων, ἢ ἐρήμην κατεδίκασαν τὸν ἄνδρα;

* θεσμοῖς

Ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανὸς εἶπεν· ἴσασι πάντες οἱ συμπαρόντες μοι θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, ὡς χωρὶς τινος κρίσεως καὶ *ζητήσεως τὰ παρ᾽ αὐτῶν τετύπωται.

* ἐξετάσεως

Ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν· μάλιστα μὲν οὖν δὴ τὰ ἐφ᾽ ἡμῶν αὐτοῖς πραχθέντα ἀκόλουθα ἦν. δέον γὰρ αὐτοὺς, τοὺς ἄρτι ἐξ ἀποδημίας οὕτω *μακρὰν ἥκοντας ἀδελφικῶς ἀσπάσασθαι, καὶ κεκονιασμένοις ἔτι φιλοφρονήσασθαι, καὶ ἀνακτήσασθαι ἀδελφικῇ διαθέσει, εὐθὺς ἦλθον ταράσσοντες ἡμᾶς, καὶ θορυβοῦντες, καὶ τὴν συνήθη ἀταξίαν ἐπιδεικνύμενοι. ἀλλ᾽ ὅμως τούτοις ἡ συνοῦσά μοι ἁγία σύνοδος οὐδὲ τὰς ἀκοὰς ὑπέσχε. *δοκιμάσει δὲ ἡ ἁγία σύνοδος τὰ ὀφείλοντα κατὰ τῶν οὕτως ἀθέσμως

* μακρᾶς

* δοκιμάσει

episcopi Neſtorii depoſitionem ſolenni pompa ebuccinantes audio. Cum igitur hæc reſciuiſſem, inhibitiones ad illos miſi, ne quidquam omnino præter ea, quæ a religioſiſſimis imperatoribus noſtris decreta fuerant, molirentur. Effeci quoque vt ſanctiſſimi epiſcopi noſtri, qui illorum congregationi non interfuerant, veſtræ ſanctitatis aduentum præſtolarentur.

Religioſiſſimus archiepiſcopus Ioannes dixit: Canonibuſne, ſanctionibuſque eccleſiaſticis, ac regiis literis in omnium præſentia conſentanee diſſerẽtes, congruaque & ad rem facientia interrogantes, ac reſponſionibus auditis ad hoc deuenerunt, vt conuictum, an vero indicta cauſa virum condemnarent?

Magnificentiſſimus comes Cãdidianus dixit: Piiſſimi epiſcopi omnes qui mecum fuerunt, norunt quod ſine vllo prorſus examine, & abſq; aliquo iudicio hæc ab illis conſtituta ſunt.

*Impudentiſſime mẽtitur hic Candidianus.*

Religioſiſſimus archiepiſcopus Ioannes dixit: Sane etiam illa, quæ in noſtra præſentia geſſerunt, his maxime conſentanea fuerunt. Cum enim oportuiſſet, vt illos, qui e tam longa peregrinatione recens aduenerant, fraterne complecterentur, puluereque adhuc aſperſos benigne & comiter exciperent, ac refocillarent affectu fraterno; tumultuario impetu ſtatim ad nos perturbandos irruerunt, conſuetamque inſolentiam ac immodeſtiam apertis indiciis declararunt. Verumtamen ſancta Synodus, quæ mecum adeſt, nec aures his adhibuit. Sancta igitur Synodus in illos ſtatuet, quæ in eos decerni par

*Falſa quoque eſt hæc expoſtulatio.*

Anno Christi 431.

erit, qui adeo illegitime tyrannniceque omnia conturbarunt.

His ad eum modum tranſactis, & poſteaquam magnificentiſſimus deuotorum domeſticorum comes Candidianus exiuiſſet, piæque literæ recitatæ fuiſſent, & poſt depoſitionem prædictæ narrationis, religioſiſſimus archiepiſcopus Ioannes dixit: Audiuit veſtra pietas tum piam religioſiſſimorum imperatorum noſtrorum epiſtolam, tum magnificentiſſimi quoque comitis Candidiani narrationem: agnouitque piiſſimorum imperatorum ſcopum; quomodo omnem eccleſiaſticæ pacis curam, ac ſanæ conſtantiſque fidei, apoſtolicorumque dogmatum rationem habentes, ſanctam Synodũ hunc in locum conuocarint: rem videlicet maieſtate ſua dignam inſtituentes, id fieri mandarint, vt omnibus in vnum congregatis, ea quæ in diſceptationem veniunt, fraterne, ſacerdotalique modeſtiæ conuenienter, propoſitionibus & ſolutionibus, interrogationibus & reſponſionibus adhibitis, accurate diſcutiantur, citra omnem tumultuationem ac turbam: ita vt de nulla controuerſia, aut criminatoria, aut alio quocumque ciuili eiuſmodi capite prius tractare liceret, quam pia fides a ſanctis beatiſque patribus in Nicæa Bithyniæ congregatis expoſita, diligenter perpenſa confirmetur. Quid ergo veſtra pietas in eos ſtatuendum cenſet, qui pias literas tam indignis modis contempſerunt?

Sancta Synodus dixit: Cyrillus reuerendiſſimus eccleſiæ Alexandrinæ epiſcopus, necnon

καὶ τυραννικῶς ἅπαντα συνταραξάντων, ἀκολούθως τυπωθῆναι.

Τούτων οὕτως ἐχόντων, καὶ ἐξελθόντος τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Κανδιδιανοῦ τοῦ κόμητος τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων, μετὰ τὴν τοῦ εὐσεβοῦς γράμματος ἀνάγνωσιν, καὶ τὴν κατάθεσιν τῆς προειρημένης διηγήσεως, ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης εἶπεν· ἀκήκοεν ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια τοῦ τε εὐσεβοῦς γράμματος τῶν θεοφιλεστάτων ἡμῶν βασιλέων, καὶ τῶν παρὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ κατατεθέντων· καὶ ἔγνω τὸν σκοπὸν τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων· ὡς πᾶσαν πρόνοιαν ποιούμενοι τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, καὶ τῆς ὑγιοῦς καὶ ἀπαρατρέπτου πίστεως, καὶ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων, τὴν ἁγίαν ἐνταῦθα συνήθροισαν σύνοδον, ἀξίως τοῦ θεοφιλοῦς αὐτῶν κράτους τοῦτο γενέσθαι* προστάξαντες· ὥστε πάντας κατὰ ταυτὸ γενομένους, τά τε ζητούμενα ἀδελφικῶς, καὶ ὡς ἱερεῦσι πρέπει, βασανίσαι, κατά τε πρότασιν καὶ λύσιν, καὶ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, ταραχῆς πάσης ἐκτὸς, καὶ θορύβου χωρίς· μηδενὸς ἑτέρου ζητουμένου, μήτε ἐγκληματικοῦ, μήτε χρηματικοῦ κεφαλαίου, περὶ τῆς ἀκριβοῦς ἐρεύνης καὶ βεβαιώσεως τῆς εὐσεβοῦς πίστεως τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνεληλυθότων. τί τοίνυν συνορᾷ ὑμῶν ἡ θεοσέβεια δεῖν γενέσθαι ἐπὶ τοσαύτῃ τῶν εὐσεβῶν γραμμάτων καταφρονήσει;

* συνάξαντες

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· δῆλός ἐστιν ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων, καὶ

ANNO CHRISTI 431.

Μέμνων ὁ τῆσδε τῆς πόλεως εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, ὁ εἰς ἅπαντα συνεργήσας αὐτῷ, ὡς ἀκριβῶς ἔγνωμεν περὶ τῆς ὑμετέρας παραγενόμενοι θεοσεβείας, καὶ πάντα, ὡς εἰπεῖν, θεασάμενοι τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ τολμηθέντα· τάς τε γὰρ ἁγίας ἐκκλησίας, τά τε ἅγια μαρτύρια, καὶ τὸ ἅγιον ἀποστόλιον ἀπέκλεισε, μὴ συγχωρήσας μηδὲ τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐπιτελεσθῆναι· πλῆθος τὸ ἀγροικικὸν συναγαγὼν διετάραξε τὴν πόλιν, σὺν οἰκείοις κληρικοῖς εἰς τὰς οἰκίας τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων πέμπων, καὶ μυρία ἀνήκεστα ἀπειλῶν, εἰ μὴ συναθροισθεῖεν εἰς τὸ ἀτάκτως ὑπ᾽ αὐτῶν γενόμενον συνέδριον· ἐπὶ κακῷ τῷ συνειδότι ἅπαντα συνταράξαντες, καὶ *συγχέοντες, καὶ θορυβῶν τὰ ἐκκλησιαστικὰ πληρώσαντες πράγματα, καὶ τῶν εὐσεβῶν γραμμάτων καταφρονήσαντες, τούς τε ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς πατήσαντες, ὥστε τὴν αἱρετικὴν κακοδοξίαν μὴ ζητηθῆναι, ἣν ἐν τοῖς κεφαλαίοις εὕρομεν, τοῖς ἀποσταλεῖσι πρῴην εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν ὑπὸ τοῦ εὐλαβεστάτου Κυρίλλου τοῦ ἐπισκόπου· ὧν τὰ πλεῖστα συμβαίνει τῇ Ἀρείου, καὶ Ἀπολιναρίου, καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ. χρὴ τοίνυν τήν τε σὴν ἁγιωσύνην, καὶ πάντας ἡμᾶς *ἐνθύμως ὑπερμαχῆσαι τῆς εὐσεβείας, ὥστε μὴ ἀπαχθῆναί τινας τοῖς αἱρετικοῖς τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Κυρίλλου κεφαλαίοις, μηδὲ διαφθαρῆναι τὴν τῶν ἁγίων πατέρων τὴν πίστιν· καὶ τοὺς μὲν ἐξάρχους τοῦ αἱρετικοῦ φρονήματος, καὶ τῆς πάντα λόγον ὑπερβαλλούσης ἀταξίας, τῇ ἀξίᾳ τῆς παρανομίας ψήφῳ καταδικάσαι· τοὺς δὲ ὑπα-

* συγχέαντες,

* ἀθύμως

Memnon religioſiſſimus huius ciuitatis antiſtes, qui Cyrillo in omnibus adminiſtrum ſeſe exhibuit, (vt certo cognouimus, qui huc ante pietatis veſtræ aduentum acceſſimus, & omnia fere inſpeximus quæ ille perpetrare auſus eſt: nam ſanctas eccleſias, ſanctaſque martyrum ædes, ac ſanctam quoque apoſtoli baſilicam præcluſit, & ne ſacrum quidem Pentecoſtes diem religioſiſſimis epiſcopis celebrare permiſit, & multitudine agreſtium hominū coacta, ciuitatem turbis repleuit: inſuper clericos ſuos ad piiſſimorum epiſcoporum diuerſoria mittens, vel extrema quæque, niſi cōfuſo eorum concilio ſeſe adiungerent, illis comminatus eſt) malæ nimirum conſcientiæ ſtimulis agitati, dignoſcuntur omnia conturbaſſe ac commiſcuiſſe, res eccleſiaſticas tumultibus impleuiſſe, pias literas paruipendiſſe, eccleſiæ ritus proculcaſſe, ne in hæreticam peruerſamque eorum doctrinam inquireretur. Quam quidem doctrinæ labem in capitibus quæ reuerendiſſimus epiſcopus Cyrillus non ita pridē ad regiam ciuitatem miſit, deprehendimus. Maxima enim illorū pars Arii, & Apollinarii, & Eunomii impietati eſt conſentanea. Neceſſe eſt ergo, vt ſanctitas tua, noſq; omnes manibus pedibuſque pro pietate decertemus, ne qui hæreticis religioſiſſimi epiſcopi Cyrilli capitibus decipiantur, neve ſanctorum patrum fides corrumpatur: vt qui hæretici dogmatis auctores, excitatæque perturbationis, quæ maior eſt quam vt verbis vllis explicari poſſit, principes ſunt, digna tanto ſcelere ſententia condemnentur; reliqui vero religio-

*Hæc omnia vel falſa ſunt, vel propter manifeſtam illorum hæreſim acciderunt.*

*Conciliabulū falſo imponit Cyrillo impietatem Apollinarii, Eunomii, & Arii.*

*Neſtoriani & orientales ſchiſmatici Cyrillū*

*& Memnonem depoſitione dignos pronuntiant.*

ſiſſimi epiſcopi, quos hi ſibi per fraudem adiunxerunt, & in ſuam ſententiam callide pellexerunt, eccleſiaſticæ pœnæ ſubiiciantur.

Ioannes Deo dilectiſſimus epiſcopus dixit: Ego quidem neminem ex iis qui ad Dei ſacerdotium a Deo adſciti ſunt, extra eccleſiaſticum corpus eiici optabam. Sed quia, cum membra quæpiam immedicabili morbo corripiuntur, ob totius corporis incolumitatem quædam ipſorum reſectiones adhibeantur neceſſe eſt; cum Cyrillus & Memnon perpetratæ illius iniquitatis auctores extiterint, atque occaſionem præbuerint, vt eccleſiaſticæ ſanctiones, piaque religioſiſſimorum imperatorum noſtrorum decreta conculcarentur, & in prædictis capitibus hæretice ſenſerint; æquum eſt, vt ipſi quidem depoſitionis ſententia plectantur; reliqui vero, qui in ipſorum errorem abducti ſunt, excommunicationis vinculis innodentur, donec proprio delicto agnito, hæretica Cyrilli capita anathematizent, & in fide a ſanctis patribus Nicææ quondam congregatis edita plane ſe acquieſcere profiteantur: ita vt nihil prorſus diuerſum aut peregrinum, vel a pietate alienum ſuperaddant, & iuxta piiſſimorum imperatorum noſtrorum literas cœtui noſtro ſeſe adiungãt, & controuerſarum quæſtionum examinatione fraterne agitata, piam fidem confirment.

*Ioannes Antiochenus Cyrilli anathematiſmos vt hæreticos condemnat.*

*Conciliabulum plenam Concilii auctoritatem ſibi vindicat.*

Sancta Synodus dixit: Sanctitas tua legitime iuſteque ſententiam pronuntiauit. Quamobrem neceſſarium cenſemus, vt communi ſcripto, & omnium noſtrum ſubſcriptionibus confirmato, Cyrilli quidem & Memnonis depo-

*Imo vero multis modis iniuſtiſſima.*

χθέντας αὐτοῖς, καὶ παρασυρέντας ὑπ' αὐτῶν εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβαλεῖν.

Ο θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Ιωάννης εἶπεν· Εὐχῆς μοι ἔργον ἦν, τὸ μηδένα τῶν τῷ θεῷ ἱερατεύειν ἀφορισθέντων ἐκτὸς γίνεσθαι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ σώματος. ἐπεὶ δὲ ἀναγκαία τῶν ἀνιάτως ἐχόντων μελῶν ἡ τομὴ διὰ τὴν τοῦ παντὸς σώματος ὑγίειαν, Κύριλλον μὲν καὶ Μέμνονα, ὡς ἐξάρχους τῆς γεγενημένης παρανομίας, καὶ τοῦ πατηθῆναι τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς, καὶ τὰ εὐσεβῆ θεσπίσματα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων, καὶ διὰ τὸ αἱρετικὸν τῶν προειρημένων κεφαλαίων φρόνημα, καθαιρέσει ὑποβληθῆναι προσήκει, τοὺς δὲ ὑπαχθέντας, ἀκοινωνήτους γίνεσθαι· ὡς ἂν τὸ οἰκεῖον ἐπιγνόντες πλημμέλημα, τά τε αἱρετικὰ τοῦ Κυρίλλου κεφάλαια ἀναθεματίσωσι, καὶ τῇ ἐκτεθείσῃ πίστει παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων ἐμμένειν καθομολογήσωσι, μηδὲν ἕτερον αὐτῇ ἢ ξένον τῆς εὐσεβείας ἐπεισάγοντες, καὶ κατὰ τὰ εὐσεβῆ γράμματα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων σὺν ἡμῖν συνέλθωσι, καὶ τῶν τε ζητουμένων τὴν βάσανον ἀδελφικῶς ποιήσωνται, καὶ τὴν εὐσεβῆ βεβαιώσωσι πίστιν.

Η ἁγία σύνοδος εἶπεν· Ἐννόμως καὶ ἐνδίκως ἡ σὴ ἀπεφήνατο ἁγιότης. δεῖ τοίνυν γράμματι κοινῷ, Κυρίλλου μὲν καὶ Μέμνονος τὴν καθαίρεσιν, τῶν δὲ λοιπῶν τὴν ἀκοινωνησίαν ὑπαγορευθῆναι, καὶ

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

ταῖς πάντων ὑπογραφαῖς ἡμῶν κυρωθῆναι.

Ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης εἶπε· Γενήσεται τὰ συνδόξαντα.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἀντιοχέων διελάλησε.

ſitio, reliquorum vero excommunicatio dictetur.

Ioannes Deo dilectiſſimus archiepiſcopus dixit: Quæ communi ſuffragio inter nos decreta ſunt, fient.

Ioannes Antiochiæ epiſcopus pronuntiauit.

## ΨΗΦΟΣ.

Ἡ ΑΓΙΑ σύνοδος, ἡ χάριτι θεοῦ συγκροτηθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ κατὰ τὸ γράμμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, διελάλησε τὰ ὑποτεταγμένα.

Ηὐχόμεθα μὲν κατὰ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ κατὰ τὸ γράμμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων εἰρηνικῶς γενέσθαι τὴν σύνοδον. ἐπειδὴ δὲ θρασύτητι, καὶ ἀταξίᾳ, καὶ αἱρετικῷ φρονήματι κεχρημένοι καθ᾽ ἑαυτοὺς συνηθροίσατε, καίτοι ἡμῶν ἐπὶ θύραις ὄντων κατὰ τὸ γράμμα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων, καὶ πάσης ταραχῆς τὴν πόλιν καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον ἀνεπλήσατε, ὑπὲρ τοῦ μὴ ζητηθῆναι τὰ κεφάλαια, ἃ συμβαίνει τῇ Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου κακοδοξίᾳ καὶ δυσσεβείᾳ, καὶ οὐκ ἀνεμείνατε τὴν τῶν ἁπανταχόθεν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων παρουσίαν, τῶν κληθέντων ὑπὸ τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων καὶ ταῦτα τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως παραγγείλαντος ὑμῖν μηδὲν τοιοῦτο τολμῆσαι, ἀλλὰ ἀναμεῖναι τὸ κοινὸν ἁπάντων τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων συνέδριον· τούτου ἕνεκεν γινώσκετε, ὡς καθῃρημένοι ἐστὲ, καὶ ἀλλότριοι τῆς ἐπισκοπῆς, σύ τε Κύριλλε, ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Μέμνων

## SENTENTIA.

SANCTA Synodus per Dei gratiam, piiſſimorumque ac Chriſtianiſſimorum imperatorum noſtrorum decretum in Epheſiorum ciuitate congregata, quæ hic ſubiunguntur, promulgauit.

*Conciliabulum ſanctam Synodum ſe vocat.*

Optabamus quidem, iuxta ſanctorum patrum Canones, piiſſimorumque ac Chriſti amantium imperatorum noſtrorum literas, Synodum pacate celebrari. Quoniam vero vos hæretico ſenſu menteque vſi, ac temeritate & confuſione, priuatum inter vos conſeſſum celebraſtis (tametſi iuxta literas piiſſimorum imperatorum noſtrorum præ foribus iam verſaremur) omnique turbarum genere ciuitatē & ſanctam hanc Synodum impleuiſtis, ne videlicet in capita, quæ cum Apollinarii, & Eunomii, atque Arii impietate ac peruerſa doctrina congruunt, inquireretur; neque religioſiſſimorum epiſcoporum a piiſſimis imperatoribus noſtris vndecumque conuocatorum aduentum expectaſtis, cum tamen magnificentiſſimus comes Candidianus & ſcripto monuiſſet & verbis, ne quidquam tale auderetis, ſed communem omnium ſanctiſſimorum epiſcoporum conſeſſum expectaretis: ideo tu Cyrille Alexandrine, & tu Memnon

Anno Christi 431.

huius ciuitatis epiſcope, ſcitote vos depoſitos, & ab epiſcopatu alienos, atque ab omni eccleſiaſtico miniſterio & functione eſſe amotos; vt qui in cauſa fuiſtis, vt patrum Canones conculcarentur, & imperatorũ decreta contemnerẽtur, omniaq; confuſione & turbis miſcerentur, ac totius ſceleris auctores & duces extitiſtis. At vos reliqui omnes, qui ſeditioſe & inique contra eccleſiaſticas ſanctiones, regiaque decreta agentibus cõſenſiſtis, excommunicati eſtis, donec agnita culpa veſtra reſipiſcatis, fidemque a ſanctis patribus in Nicæna ciuitate congregatis expoſitam ſuſcipiatis, nihil illi extraneum aut peregrinum attexentes: capita præterea hæretica a Cyrillo Alexandrino expoſita, quæ & euangelicæ & apoſtolicæ doctrinæ aperte repugnant, anathematizetis, & literis denique piiſſimorum Chriſtiq; amantium imperatorum noſtrorum, quæ fidei quæſtionem quiete agitari, accurateque diſcuti præcipiunt, per omnia pareatis.

ὁ τῆς δὲ τῆς πόλεως, καὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς λειτουργίας ἀλλότριοι, ὡς πάσης τῆς * ἀταξίας καὶ παρανομίας ἔξαρχοι καὶ ἡγεμόνες, καὶ τοῦ πατηθῆναι τοὺς κανόνας τῶν πατέρων, καὶ τὰ βασιλικὰ θεσπίσματα, αἴτιοι γεγονότες· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, οἱ συμφωνήσαντες τοῖς ἠτακτηκόσι καὶ παρανομήσασι κατὰ τῶν κανόνων, καὶ κατὰ τῶν βασιλικῶν θεσπισμάτων, ἀκοινώνητοί ἐστε, ἕως ἂν ἐπιγνόντες τὸ οἰκεῖον πλημμέλημα μετανοήσητε, καὶ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων καταδέξησθε, μηδὲν ἕτερον αὐτῇ ξένον ἐπεισάγοντες, καὶ ἀναθεματίσητε τὰ αἱρετικὰ κεφάλαια τὰ ἐκτεθέντα παρὰ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, τὰ ἐναντιούμενα τῇ εὐαγγελικῇ καὶ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ, καὶ τῷ γράμματι τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων ἐμμείνητε, τῷ κελεύοντι ἡσύχως καὶ ἀκριβῶς τὰ τῆς πίστεως ζητηθῆναι.

* ἀταξίας ἢ ἀθεσμίας ...

*Episcoporum ſchiſmaticorum nomina.*

Qui autem ſubſcripſerunt, hi ſunt.

Ioannes epiſcopus Antiochenus,
Alexander Apameæ metropolitanus,
Ioannes Damaſci metropolitanus,
Dorotheus Marcianopolis metropolitanus,
Alexander Hierapolis metropolitanus,
Dexianus Seleuciæ Iſauriæ metropolitanus,
Baſilius Theſſaliæ metropolitanus,
Antiochus Boſtrorum metropolitanus,
Paulus Emeſæ,

Εἰσὶ δὲ οἱ ὑπογράψαντες.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας,
Ἀλέξανδρος Ἀπαμείας μητροπολίτης,
Ἰωάννης Δαμασκοῦ μητροπολίτης,
Δωρόθεος Μαρκιανουπόλεως μητροπολίτης,
Ἀλέξανδρος Ἱεραπόλεως μητροπολίτης,
Δεξιανὸς Σελευκείας Ἰσαυρίας μητροπολίτης,
Βασίλειος Θεσσαλίας μητροπολίτης,
Ἀντίοχος Βόστρων μητροπολίτης,
Παῦλος * Ἐμέσης,

* Ἐμίσης

Ἀπρίγ-

Anno Christi 431.

| | |
|---|---|
| Απρίγγιος Χαλκίδος, | Apringius Chalcidis, |
| Πολυχρόνιος Ηρακλείας, | Polychronius Heracleæ, |
| Κύριλλος Αδάνων, | Cyrillus Adanorum, |
| Αὐσόνιος Ιμερίας, | Auſonius Himeriæ, |
| Μουσαῖος Αργάδου, καὶ Ανταράδου, | Muſæus Argadi, & Antaradi, |
| Ησύχιος Καστάβαλων, | Heſychius Caſtabalorum, |
| Σαλούστιος Κωρύκου, | Saluſtius Coryci, |
| Ιάκωβος Δωροστόλου, | Iacobus Doroſtoli, |
| Ζώσις * Εσβουῦτος, (*Εἰσβουῶτης) | Zoſys Iſbuntis, |
| Εὐστάθιος Παρνασοῦ, | Euſtathius Parnaſi, |
| Διογένης Σελευκοβήλου, | Diogenes Seleucobeli, |
| Πλάκων Λαοδικείας, | Placon Laodiceæ, |
| Πολυχρόνιος Επιφανείας, | Polychronius Epiphaniæ, |
| * Φειπλας Ηρακλείας μητροπολίτης, (*Φριτίλας,) | Fritilas Heracleæ metropolitanus, |
| Ιμέριος Νικομηδείας μητροπολίτης, | Himerius Nicomediæ metropolitanus, |
| Ελλάδιος Ταρσοῦ μητροπολίτης, | Helladius Tarſi metropolitanus, |
| Εὐθήριος Τυάνων μητροπολίτης, | Eutherius Tyanenſium metropolitanus, |
| Αστέριος Αμίδης μητροπολίτης, | Aſterius Amidæ metropolitanus, |
| * Θεοδώρητος Κύρου, (*Θεοδώριτος,) | Theodoretus Cyri, |
| Μακάριος Λαοδικείας, | Macarius Laodiceæ, |
| Θεοσέβιος Κίου Βιθυνίας, | Theoſebius Cii Bithyniæ, |
| * Μαξιμιανὸς μητροπολίτης Αναζαρβοῦ, (*Μαξιμῖνος,) | Maximianus metropolitanus Anazarbi, |
| Γερόντιος Κλαυδιουπόλεως, | Gerontius Claudiopolis, |
| Κῦρος Μαρκουπόλεως, | Cyrus Marcopolitanus, |
| Αὐρήλιος Εἰρηνουπόλεως, | Aurelius Irenopolitanus, |
| Μελέτιος Νεοκαισαρείας, | Meletius Neocæſarienſis, |
| Ελλάδιος Πτολεμαΐδος, | Helladius Ptolemaidis, |
| Ταριανὸς Αὐγούστης, | Tarianus Auguſtæ, |
| Οὐαλεντῖνος * Μάλλου, (*Μάλου,) | Valentinus Malli, |
| Μαρκιανὸς * Αβρύτου, (*Αβρύτης,) | Marcianus Abryti, |
| Δανιήλιος Φαυστινουπόλεως, | Daniel Fauſtinopolitanus, |
| Ιουλιανὸς Λαρίσσης, | Iulianus Lariſſæ, |
| Ηλιάδης Ζεύγματος, | Heliades Zeugmatis, |
| Μαρκελλῖνος Αρκης. | Marcellinus Arcæ. |
| Ομοῦ πάντες μγʹ. | Omnes ſimul quadragintatres. |

Anno Christi 431.

*Literæ eorumdem, excommunicationem ſignificantes, ad ſanctam Synodum miſſæ.*

*Epiſcopis a nobis excommunicatis, ſancta Synodus hæc ſignificat & ſuadet.*

GRAVE reuera eſt peccare, & Dominum Deum ad iram prouocare: ſed longe grauius & periculoſius, peccatum pœnitentia non diluere. Hoc autem malum vos hactenus commiſiſtis, iniquis ſeditioſiſque Cyrilli Alexandrini & Memnonis Epheſii ſtudiis & machinationibus adſtipulati, & hac de cauſa excommunicationem perpeſſi a nobis, qui benignitatis oſtium per noſtram ſententiam patefactum vobis cernentes, non accurritis, orantes vt ab excommunicationis vinculis abſoluamini: imo vero hominum hæreſi contaminatorum, ſanctorumque patrum Canones, & imperatorum piiſſimorum decreta conculcantium, & ſexcenta alia per iniquitatem perpetrantium, (propter quæ etiam gradu moti, ac epiſcopali dignitate exuti ſunt) neceſſitudine & conſuetudine vſque hodie vtimini. Scitote proinde, niſi mature, quod æquum eſt, prouideritis, & a noxio illo cõmercio ſemoti, fidem ſanctorum patrum Nicænorum vos tenere profeſſi fueritis, & nobiſcum conſeſſum, iuxta religioſiſſimorum imperatorum noſtrorum præſcriptum, placide ac citra vllum ſtrepitum aut tumultum celebrare velitis, fore, vt non quidem de nobis conqueramini, ſed veſtram ſtultitiam accuſaturi ſitis.

*Orientales ſchiſmatici Synodum catholicorum excommunicant ob conſtantem cum Cyrillo communionem.*

*Conciliabulũ vbique œcumenici Concilii auctoritatem ſibi arrogat.*

Γράμμα τῶν αὐτῶν τὸ τῆς ἀκοινωνησίας, σταλὲν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

Η ἁγία σύνοδος τοῖς παρ' ἡμῶν γενομένοις ἀκοινωνήτοις ἐπισκόποις τάδε δηλοῖ καὶ συμβουλεύει.

ΔΕΙΝΟΝ μὲν ὡς ἀληθῶς τὸ πλημμελεῖν, καὶ τὸν δεσπότην παροργίζειν θεόν· δεινότερον δὲ πολλῷ καὶ χαλεπώτερον τὸ μὴ λύειν μεταμελείᾳ τὴν πλημμέλειαν. ὅπερ ὑμεῖς μέχρι τοῦ παρόντος πεποιήκατε· συνεργήσαντες μὲν τοῖς ἀθέσμως καὶ ἀτάκτως γεγενημένοις ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου, ἀκοινώνητοι δὲ παρ' ἡμῶν τούτου χάριν γεγενημένοι· καὶ τῆς * φιλανθρωπίας τὴν θύραν ἀνεῳγμένην ὑμῖν διὰ τῶν ἡμετέρων ἀποφάσεων ὁρῶντες, καὶ μὴ προστρέχοντες, μηδὲ παρακαλοῦντες τῶν τῆς ἀκοινωνησίας ἀπαλλαγῆναι δεσμῶν, ἀλλ' ἔτι συνόντες ἀνδράσιν αἱρετικὸν φρόνημα κεκτημένοις, καὶ τούς τε θεσμοὺς τῶν ἁγίων πατέρων, τά τε θεσπίσματα τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων πατήσασι, καὶ μυρία παράνομα εἰργασμένοις, καὶ τούτου χάριν ὑφ' ἡμῶν καθαιρεθεῖσι, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίοις γενομένοις. γινώσκετε τοιγαροῦν, ὡς, εἰ μὴ ταχέως τὸ πρέπον συνίδοιτε, καὶ τῆς ἐπιβλαβοῦς ἐκείνης ἐπιμιξίας ἀπαλλαγέντες τήν τε πίστιν τῶν μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων κατέχειν ὁμολογήσητε, καὶ κατὰ τὰ γράμματα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων ἡσύχως καὶ θορύβου παντὸς χωρὶς τὸ συνέδριον σὺν ἡμῖν ποιῆσαι θελήσητε, ἡμᾶς μὲν οὐκ αἰτιάσεσθε, ἑαυτοὺς δὲ τῆς ἀβουλίας ἐπιμέμψεσθε.

* φιλο

ANNO CHRISTI 431.

Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν βασιλέα· δι' ἧς ἐμήνυσαν τὰ παρ' αὐτοῖς πραχθέντα, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς βραδύτητος τῆς ἀφίξεως τοῦ Ἀντιοχείας ἐπισκόπου.

ΤΟΙΣ εὐσεβέσιν ὑμῶν κελευσθέντες γράμμασι, κατελάβομεν τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν, καὶ εὕρομεν πάσης συγχύσεως καὶ ἐμφυλίου πολέμου γέμοντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας καὶ Μέμνονος συμφραξαμένων, καὶ πλῆθος ἀγροικικὸν συναθροισάντων, καὶ μήτε τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς τὴν πανήγυριν ἐπιτελέσαι συγχωρησάντων, μήτε τὰς ἑσπερινὰς ἢ τὰς ἑωθινὰς λειτουργίας· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὰς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ τὰ ἅγια μαρτύρια ἀποκλεισάντων, καθ' ἑαυτοὺς δὲ σὺν τοῖς ἀπατηθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν συνεδρευσάντων, καὶ μυρία παράνομα ἐργασαμένων, καὶ τούς τε τῶν ἁγίων πατέρων κανόνας, τά τε ὑμέτερα πατησάντων θεσπίσματα· καὶ ταῦτα τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ, τοῦ παρὰ τῆς ὑμετέρας φιλοχρίστου κορυφῆς ἀποσταλέντος, παρεγγυήσαντος αὐτοῖς καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως, ἀναμεῖναι τοὺς πανταχόθεν ἀφικνουμένους ἁγιωτάτους ἐπισκόπους, καὶ τότε κοινῇ τὸ συνέδριον ποιῆσαι κατὰ τὰ γράμματα τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας· καὶ αὐτοῦ δὲ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως ἐπιστείλαντός μοι τῷ τῶν Ἀντιοχέων, πρὸ δύο ἡμερῶν τοῦ γενομένου ὑπ' αὐτῶν συνεδρίου, ὡς ἡ σύνοδος πᾶσα ἀναμένει μου τὴν παρουσίαν. διὸ ἀμφοτέροις τοὺς προειρημένους

*Concil. Tom. 5.*

*Eorumdem ad imperatorem epiſtola, qua illum de ſuis actis, deque cauſa quæ Antiocheni epiſcopi aduentum remorata fuerat, certiorem reddunt.*

IVXTA piarum literarum veſtrarum præſcriptum ad Epheſiorum metropolim deuenimus; & confuſionibus, inteſtinoque bello res eccleſiaſticas oppletas eſſe comperimus: quandoquidem Cyrillus Alexandrinus, & Memnon Epheſius, ſatellitio comparato, magnaque agreſtium hominum multitudine coacta, ne ſanctæ quidem Pentecoſtes feſtum celebrare, matutinave aut veſpertina officia obire permiſerunt. Ac præter hæc, ſanctas etiam eccleſias, ſanctaſque martyrum ædes nobis præcludentes, ipſi cum quibuſdam in errorem illorum abductis inter ſe conſeſſum inſtituerunt; ſanctorumque patrum Canonibus, veſtriſque decretis proculcatis, ſexcenta ſcelerum exempla ediderunt: cum tamen magnificentiſſimus comes Candidianus a Chriſti amante celſitudine veſtra miſſus, & ſcripto, & verbis quoque illis denuntiaſſet, vt ſanctiſſimorum epiſcoporum vndecumque aduenientium præſentiam expectarent, ac tum demum iuxta pietatis veſtræ literas communiter Synodum celebrarent. Sed & ipſe quoque Cyrillus Alexandrinus biduo ante habitum ab ipſis conſeſſum illum, ſcripſerat ad me Antiochenum epiſcopum, quod vniuerſa Synodus meum aduentum præſtolabatur. Propter hæc ergo vtrumque, Cyrillum in-

*Nullum impietatis, ſed multa pietatis exempla ediderunt.*

*Et hoc commentum eſt merum.*

quam & Memnonem exauctorauimus, & ab omni eccleſiaſtica functione amouimus: reliquos vero huius iniquitatis eorum ſocios excommunicationi ſubiecimus, donec capita, quæ Cyrillus Apollinarii, & Eunomii, & Arii peruerſis dogmatibus plena euulgauit, abiiciant & anathematizent, ac iuxta pietatis veſtræ decretum communiter nobiſcum conſeſſum celebrent, controuerſiaſq; qua conuenit diligentia & quiete vna nobiſcum diſcutiant, & pium ſanctorum patrum dogma confirment. Quod vero tardius aliquanto aduenerim, aliud cauſæ fuit. Nam ſi terreſtris itineris interuallum (terra enim venimus) pietas veſtra ſpectauerit, magna profecto celeritate nos iter hoc confeciſſe comperiet: ſiquidem quadraginta manſiones peragrauimus, nulla vnquam a progrediendo relaxatione vſi, quemadmodum Christo dilecta veſtra maieſtas ex earum ciuitatum incolis, per quas iter fecimus, facile intelligere poteſt. Fames præterea, quæ Antiochenam ciuitatem vehementer afflixit, & quotidianæ populi perturbationes, & ingens præter tempus vis imbrium, quæ torrentibus inundantibus in diſcrimen ciuitatem adduxerat, non paucos quoque dies in ſupradicta ciuitate nos detinuerunt.

*Non tam lõge diſtat Antiochia ab Epheſo, quantum hic perſuadere conatur.*

## *Epiſtola Ioannis Antiocheni, ceterorumque qui cum ipſo erant, ad clerum Conſtantinopolitanum.*

INTELLEXIT haud dubie pietas veſtra iniquas temerariaſque Cyrilli Alexandrini, Me-

καθειλόμεθα, Κύριλλον καὶ Μέμνονα, καὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς λειτουργίας ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν. τοὺς δὲ λοιποὺς, τοὺς ταύτης τῆς παρανομίας αὐτοῖς κοινωνήσαντας, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν τὰ κεφάλαια τὰ παρὰ Κυρίλλου ἐκπεμφθέντα, τῆς Ἀπολιναρίου, καὶ Εὐνομίου, καὶ Ἀρείου κακοδοξίας γέμοντα, ἐκβάλωσι καὶ ἀναθεματίσωσι, καὶ κατὰ τὸ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας γράμμα κοινῇ σὺν ἡμῖν συνεδρεύσαντες, ἡσύχως καὶ ἀκριβῶς τά τε ζητήματα σὺν ἡμῖν ἴδωσι, καὶ τὸ εὐσεβὲς τῶν πατέρων βεβαιώσωσι δόγμα. περὶ δὲ τῆς ἐμῆς βραδυτῆτος ἴστω ὑμῶν ἡ εὐσέβεια, ὡς πρὸς τὸ χερσαῖον διάστημα τῆς ὁδοῦ· διὰ γῆς γὰρ ἡμῖν ἡ ὁδὸς γεγένηται· σφόδρα ἐπεταχύναμεν· τεσσαράκοντα γὰρ μονὰς ὡδεύσαμεν, μηδεμιᾶς ἀνακωχῆς κατὰ τὴν πορείαν ἀπολαύσαντες· ὡς ἔξεστιν ὑμῶν τῇ φιλοχρίστῳ βασιλείᾳ παρὰ τῶν τὰς κατὰ τὴν ὁδὸν πόλεις οἰκούντων μαθεῖν. πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὁ λιμὸς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν γενόμενος, καὶ αἱ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ταραχαὶ τοῦ δήμου, καὶ ἡ * παρὰ τὸν καιρὸν σφοδροτάτη γενομένη ἐπομβρία, ἢ καὶ κίνδυνον ἐκ τῶν χειμάρρων ἐπήγαγε τῇ πόλει, οὐκ ὀλίγας ἡμέρας ἡμᾶς εἰς τὴν προειρημένην ἐπέσχε πόλιν.

* ὡς

## Ἐπιστολὴ Ἰωάννου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως κλῆρον.

ΕΓΝΩ που πάντως ὑμῶν ἡ εὐλάβεια τὰ ἀθέσμως καὶ παρανόμως ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως, καὶ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ANNO CHRISTI 431.

Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς, παρὰ τὸ γράμμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων συνεδρευσάντων γεγενημένα. διὸ ἀναγκαῖον ᾠήθημεν γνωρίσαι ὑμῶν τῇ θεοσεβείᾳ, ὡς ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα τὰ ὑπ' αὐτῶν τολμηθέντα, ἱστὸς ἀράχνης κατὰ τὸν προφήτην ὑπάρχει· αὐτοὶ δὲ οἱ ταῦτα τετολμηκότες, ὅ τε Κύριλλος καὶ ὁ Μέμνων, ὡς ἔξαρχοι τῆς ἀταξίας καὶ παρανομίας γενόμενοι, ὑφ' ἡμῶν καθῃρέθησαν, καὶ ἀλλότριοι τῆς ἐπισκοπῆς ἐγένοντο· τοὺς δὲ σὺν αὐτοῖς συνεδρεῦσαι ἑλομένους, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν τὸ οἰκεῖον ἐπιγνόντες πλημμέλημα, τά τε αἱρετικὰ κεφάλαια Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως ἀναθεματίσωσι, καὶ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συναθροισθέντων, ἀδόλως καταδέξωνται. μὴ τοίνυν θορυβήσῃ τις τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν τῶν τὰ τοιαῦτα ποιεῖν εἰωθότων· οὐδεμίαν γὰρ ἰσχὺν, ὡς ἤδη ἐδηλώσαμεν, ἔχει τὰ παρανόμως ὑπ' αὐτῶν τολμηθέντα. τοῦτο δὲ καὶ τῷ εὐσεβεῖ καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν βασιλεῖ ἐγνωρίσαμεν, καὶ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις καὶ ἐνδοξοτάτοις ἄρχουσι.

Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν, πρὸς τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει σύγκλητον.

Τῇ θεοφιλεῖ καὶ φιλοχρίστῳ συγκλήτῳ ἡ ἁγία σύνοδος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΛΙΑΝ ἀλγοῦμεν, οἰκείων μελῶν ἐκτομὴν τῇ ὑμετέρᾳ μεγα-

mnoniſque Epheſii, & ceterorum qui cum ipſis ſunt, machinationes contra omne fas & ius: qui contra piiſſimorum Chriſtiq; amantium imperatorum noſtrorum literas inter ſe conſeſſum conſtituere non ſunt veriti. *Non priuatum, ſed publicum & legitimum inſtituerunt.* Quapropter neceſſarium duximus, pietatem veſtram certiorem facere, omnes illorum conatus & machinationes, iuxta prophetæ dictum, araneæ telam eſſe. *Iſai. 59.* Illi autem qui hæc auſi ſunt, vt temeritatis, iniquitatis, confuſioniſque auctores, Cyrillus & Memnon, a nobis exauctorati, atque epiſcopali dignitate exuti ſunt: *Sed totum id fruſtra: nam ſchiſmatici in catholicos nullum ius obtinent.* ceteros vero qui eorum conſeſſui adeſſe voluerunt, excommunicationi ſubiecimus, donec proprio errore agnito, hæretica Cyrilli Alexandrini capita anathematizent, fidemque ſanctorum patrum, qui in Nicæa Bithyniæ quondam conuenerunt, ſincero animo complectantur. Ne quis igitur ex eorum numero, qui ſeditiones excitare ſolent, veſtram pietatem conturbet: nam temerarii & illegitimi illorum auſus, vt iam ſignificauimus, nullam penitus vim habent. *Si nullam vim haberent, Neſtorius in exilio non periiſſet.* Hoc ipſum quoque pio Chriſtique amanti imperatori noſtro, ceteriſque magnificentiſſimis celeberrimiſque principibus indicauimus.

*Eorumdem ad ſenatum Conſtantinopolitanum epiſtola.*

*Pio Chriſtoque dilecto ſenatui ſancta Synodus in Domino ſalutem.*

MAGNO ſane animi dolore hoc ipſo afficimur, quod membrorum noſtrorum excißio- *Schiſmatici ſemper ſacra Synodi titulo ſe ornant.*

Anno Christi 431.

nem veſtræ magnificentiæ indicare compellimur. Nam etſi putridorum membrorum ſeparatio eſt neceſſaria, attamen acerbum dolorem reliquo corpori affert. Si quid enim, ait beatus Paulus, *patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra*. Verumtamen inutilium noxiorumque membrorum reſectio a medicis eſt adhibenda. Etenim prudens ac ſapiens corporum curator, reliquorum membrorum ſanitatẽ ob oculos ponens, illud quod putredine conſumptum erat, negligit, ad totius corporis curam & conſeruationem omne conſilium & ſtudium conferens. Hoc ipſum in præſentia & nos quoque fecimus. Comperimus enim Cyrillum Alexandrinum epiſcopum, & Memnonem Epheſiorum, ſexcenta grauiſſima & detrimentoſa contra ſanctam Dei eccleſiam geſſiſſe, & ciuitatem, ſanctamque Synodum turbis tumultibuſque compleſſe; atque ex nautis Ægyptiis, Aſiaticiſque ruſticis ſatellitio collecto, tyrannidi ſuæ miniſtros quæſiuiſſe; neq; ſanctiſſimos piiſſimoſque epiſcopos conuocatos expectaſſe, neque literarum piiſſimorum, Chriſtique amantium imperatorum noſtrorum vllam rationem duxiſſe; neque magnificentiſſimi ac celeberrimi comitis Candidiani admonitiones & præcepta quidquam omnino curaſſe: ſed omnia religionis ornamenta late permiſcuiſſe, omnia inique & illegitime perpetraſſe, ſacram ſanctæ Pentecoſtes ſolennitatem celebrari vetuiſſe; ſacra templa, inuictiſſimorumque martyrum ædes præcluſiſſe, ita vt ne orare quidem volentibus licuerit; e locis vſque adeo remotis ve-

*1. Cor. 12. v. 26.*

*Atqui Cyrillus & Memnon, non putrida, ſed viua membra erant.*

*Omnia hæc impudentiſſima ſunt mẽdacia.*

λοπρεπείᾳ μηνύειν ἀναγκαζόμενοι. εἰ γὰρ καὶ ἀναγκαῖος ὁ χωρισμὸς τῶν σεσηπότων μελῶν, ἀλλ᾽ ὅμως ὀδύνην πικρὰν τῷ λοιπῷ σώματι κατεργάζεται. εἰ πάσχει γάρ, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος, ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. ἀλλ᾽ ὅμως οὐ παραιτητέα τοῖς ἰατροῖς τῶν ἀχρήστων καὶ ἐπιβλαβῶν μελῶν ἡ τομή· ὁ γὰρ ἐχέφρων καὶ σοφὸς τῶν σωμάτων θεραπευτὴς εἰς τὴν τῶν λοιπῶν μελῶν ἀφορῶν ὑγείαν, καταφρονεῖ τοῦ σεσηπότος, παντὶ τῷ σώματι τὴν σωτηρίαν πραγματευόμενος. τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τοῦ παρόντος πεποιήκαμεν. εὕρομεν γὰρ Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, καὶ Μέμνονα τὸν Ἐφέσου, μυρία ἅπαξ κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐργαζομένοις δεινά, καὶ θορύβου καὶ ταραχῆς τήν τε πόλιν καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον ἐμπλήσαντας, ναύταις τε Αἰγυπτίοις, καὶ ἀγροίκοις Ἀσιανοῖς, ὑπουργοῖς τῆς τυραννίδος χρησαμένοις, καὶ μήτε τοὺς συγκληθέντας ἁγιωτάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἀναμείναντας, μήτε τῶν γραμμάτων τῶν θεοφιλεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων ἀνασχομένοις, μήτε ταῖς εἰσηγήσεσι καὶ παραγγελίαις τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ πεισθέντας, ἀλλὰ πάντα φύρδην συγχέαντας τὰ τῆς εὐσεβείας σεμνά, ἀθέσμως τε καὶ παρανόμως πάντα ἐργαζομένοις, καὶ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς τὴν πανήγυριν ἐπιτελέσαι κωλύσαντας, τούς τε θείους ναούς, καὶ τοὺς τῶν καλλινίκων μαρτύρων σηκοὺς ἀποκλείσαντας· ἵνα μηδὲ εὔξασθαι τοῖς βουλομένοις ἐξῆν, τοῖς μακρὰν μὲν πορείαν πεποιημένοις, ἐφιεμένοις δὲ πάσας τὰς

ANNO CHRISTI 431.

τῶν ἁγίων καὶ καλλινίκων μαρτύρων περιπτύξασθαι λάρνακας, οὐχ ἥκιστα δὲ τὴν τοῦ τρισμακαρίου Ἰωάννου τοῦ θεολόγου καὶ εὐαγγελιστοῦ, τοῦ πολλὴν πρὸς τὸν ἡμέτερον δεσπότην παῤῥησίαν κτησαμένου. διὸ τοὺς προειρημένους, Κύριλλον καὶ Μέμνονα, καθελεῖν ἠναγκάσθημεν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν· τοὺς δὲ συνεργήσαντας αὐτῶν τῇ αὐθαδείᾳ καὶ τυραννίδι, ἢ δι᾽ ἀπάτην, ἢ διὰ φόβον, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, συμμετρήσαντες τὴν παιδείαν τῇ τῆς προαιρέσεως μεταμελείᾳ. ἢν γὰρ αἴσθωνται τῆς *πλημμελείας, καὶ τῆς αἱρετικῆς παύσωνται κακοδοξίας, τήν τε τῶν ἁγίων πατέρων πίστιν, τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων, ἀνακτήσωνται, καὶ σὺν ἡμῖν κατὰ τὰ γράμματα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων εἰς τὸ συνέδριον συνελθόντες, μεθ᾽ ἡσυχίας ἱερεῦσι πρεπούσης τὰ ζητούμενα ἐρευνήσωσι, τοῦ τε δεσμοῦ τῆς ἀκοινωνησίας ἀπαλλαγήσονται, καὶ τὴν ἱερατικὴν ἀπολήψονται λειτουργίαν.

* μεταμελείας

nientibus, ſanctorumque ac triumphatorum martyrum, maxime vero beatiſſimi Ioannis theologi ac euangeliſtæ (quem ſummam apud Dominum noſtrum fiduciam familiaritatemque obtinuiſſe conſtat) monumenta omnia complectendi deſiderio flagrantibus. Quapropter prædictos Cyrillum & Memnonem deponere, & epiſcopali munere exuere compulſi ſumus: reliquos vero tyrannidis ac temeritatis illorum fautores & adminiſtros, ſiue metu adacti, ſiue fraude quoque allecti fuerint, excommunicationi ſubiecimus, correctionis modum voluntaria illorum pœnitentia definientes. Nam ſi eos pœnituerit, & hæreticam doctrinam deſeruerint, ſanctorumque patrum qui Nicææ Bithyniæ conuenerunt, fidem receperint, & noſtro conſeſſui iuxta religioſiſſimorum, ac Chriſti amantium imperatorum noſtrorum literas ſeſe adiunxerint, eaque modeſtia, quæ ſacerdotes decet, quæ diſputantur perueſtigarint; excommunicationis vinculo abſoluentur, & in ſacerdotalis miniſterii locum reſtituentur.

*Compulſi mera veſtra malitia & vaſania, nulla iuſta ratione vos vrgente.*

### Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει λαόν.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ, καὶ πιστοτάτῳ, καὶ φιλοχρίστῳ λαῷ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἡ σύνοδος.

ΝΟΜΟΣ ἐστὶν ἄγραφος τοῖς ποιμέσι, πολλὴν τῶν προβάτων ποιεῖσθαι κηδεμονίαν, ἵνα μήτε κλέπτης ταῦτα ληστεύῃ, μήτε θηρία κατεσθίῃ, μήτε νόσος λυμαίνηται.

### *Eorumdem ad populum Conſtantinopolitanum epiſtola.*

*Synodus piiſſimo, fideliſſimoque ac Chriſti amanti populo ſanctæ Dei eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.*

LEX eſt ſine ſcripto tradita paſtoribus, nempe vt ſedulam operam nauent, ne gregem aut fures rapiant, aut feræ deuorent, aut morbi qualeſcumque lædant.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Quod ſi illi qui pecudum curam ſuſceperunt, tantam prouidentiam, tantamque ſolicitudinem illis impendunt, vt beatus Iacob

*Gen. 31. v. 39.* ad Laban clamet: *Diei æſtu vrebar, & noctis gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis; captum a beſtia tibi non attuli:* quantam ratione præditis Saluatoris noſtri gregibus curam impendere par erit, qui greges diuinis characteribus

*Gal. 3. v. 27.* inſigniti ſunt, in Chriſtum quidem baptizati, & Chriſtum indu-

*Pſal. 4.* ti, & Dominici vultus lumine ſignati? Quamobrem, ne vanis rumoribus ſeducti, mœrore tabeſcatis, turbarumve fluctibus exagitemini; operæ precium duximus, his noſtris literis animas veſtras præmunire. Nos enim, vniuerſorum curatore Deo mentes religioſiſſimorum, Chriſtique amantium imperatorum noſtrorum ad hoc inſtigante, Epheſum aduenimus, ac ciuitatem quidem omni tumultuationis genere plenam, vniuerſam vero Synodum non mediocriter turbis agitatam, ſanctam autem eccleſiam velut mare ſæua quadam tempeſtate iactatam reperimus, Cyrillo Alexandriæ antea epiſcopo, & Memnone Epheſino, inſtar procellæ tetram hanc tempeſtatem concitantibus. Ambo enim metuentes; Ægyptius quidem, ne in hæreticæ doctrinæ ipſius capita, cum Apollinarii impietate conuenientia, inquireremus, ipſumq; hæreſeos condemnaremus; alter vero præter alia ignauæ ſuæ adminiſtrationis, quæ tota ciuitate rumor iactauerat; inter ſe conſpirantes, & vnam tyrannicam mentem præ ſe ferentes; & ille quidem quinqua-

*Aut nullæ per id tempus erant turbæ, aut eæ ſolū, quas Neſtoriani concitauerant.*

εἰ γὰρ οἱ τῶν ἀλόγων προβάτων τὴν κηδεμονίαν πεπιστευμένοι, τοσαύτην αὐτῶν ποιοῦνται προμήθειαν, ὡς βοᾶν τὸν μακάριον Ἰακὼβ πρὸς τὸν Λάβαν· ἤμην συγκαιόμενος τῷ καύματι τῆς ἡμέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, καὶ ἀφίστατο ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ θηριάλωτον οὐκ ἐνήνοχά σοι· ὅσην χρὴ ποιήσασθαι πρόνοιαν τῶν λογικῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν προβάτων, ἃ τοὺς θείους περίκειται χαρακτῆρας, βαπτισθέντα μὲν εἰς Χριστὸν, ἐνδυσάμενα δὲ Χριστὸν, καὶ σημειωθέντα τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου κυρίου; τούτου χάριν ἀναγκαῖον ᾠήθημεν τὰς ὑμετέρας διὰ γραμμάτων προθεραπεῦσαι ψυχάς· ἵνα μὴ ταῖς ματαίαις φήμαις ἀπαχθέντες ἀθυμήσητε, καὶ ταραχὴν ταῖς διανοίαις εἰσδέξησθε. ἀφικόμεθα γὰρ εἰς τὴν Ἐφεσίων πόλιν, τοῦ κηδεμόνος τῶν ὅλων θεοῦ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἡμῶν τὴν διάνοιαν εἰς τοῦτο κινήσαντος· καὶ εὕρομεν τήν τε πόλιν θορύβου παντὸς πεπληρωμένην, καὶ τὴν ἅπασαν σύνοδον οὐ μετρίως ταραττομένην, καὶ κλύδωνα θαλάττιον τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν μιμουμένην, Κυρίλλου τοῦ πρὶν Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου, καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίων, δίκην καταιγίδων τὸν χαλεπὸν τοῦτον ἐγειράντων χειμῶνα. δείσαντες γὰρ, ὁ μὲν Αἰγύπτιος, ἵνα μὴ τὰ κεφάλαια τῆς αἱρετικῆς αὐτοῦ κακοδοξίας, τὰ τῇ Ἀπολιναρίου δυσσεβείᾳ συμβαίνοντα, ἐρευνήσαντες αἱρετικὸν αὐτὸν κατακρίνωμεν· ὁ δὲ τῆς ἄλλης αὐτοῦ ῥαθυμίας τὰ κατὰ τὴν πόλιν θρυλλούμενα· συμφρονήσαντες, καὶ μίαν τυραννικὴν ἀναδεξάμενοι γνώμην· καὶ ὁ μὲν πεντήκοντα Αἰγύ-

ANNO CHRISTI 431.

Αἰγυπτίοις ἐπισκόποις, ὁ δὲ Ἀσιανοῖς πλείοις ἢ τριάκοντα συναγαγὼν, καὶ ἄλλοις τινὰς, τοὺς μὲν ἀπάτῃ, τοὺς δὲ φόβῳ περιλαβόμενοι, οὐκ ἠβουλήθησαν μὲν ἀναμεῖναι τὸ κοινὸν τῶν πανταχόθεν ἀφικνουμένων ἁγιωτάτων ἐπισκόπων συνέδριον· καταφρονήσαντες δὲ τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν, καὶ πάντα ἀτόπως καὶ παρανόμως διαπραξάμενοι, ὡς ἐξ ἀκροπόλεως μὲν δυσσεβεῖν ἅπασι παρακελεύονται, ναύτας δὲ καὶ κληρικοὺς Αἰγυπτίους, καὶ ἀγροίκους Ἀσιανοὺς εἰς τὰς τῶν ἐπισκόπων οἰκίας ἀποστέλλοντες, καὶ τὰ ἀνήκεστα ἀπειλοῦντες, καὶ φόβον τοῖς ἀσθενεστέροις ἐπικρεμῶντες, καὶ τὰς οἰκίας ἔξωθεν ἐπιγράφοντες, ὡς ἐπισήμοις εἶναι τοὺς πολιορκηθῆναι ὀφείλοντας, ἠνάγκαζον συντίθεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτῶν παρανόμως γενομένοις. ταῦτα καταλαβόντες, καὶ πείρᾳ τὴν τυραννικὴν αὐτῶν ἀπαξίαν μεμαθηκότες, ἄτοπον ἡγησάμεθα, τοὺς εἰς τοσοῦτον κακίας ἐληλακότας ἐν τῇ θείᾳ καὶ μεγάλῃ ἱερωσύνῃ καταλιπεῖν. διὸ τούτους μὲν, ὡς τῶν κακῶν ἡγεμόνας, καθελεῖν ἠναγκάσθημεν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν, τοὺς δὲ τούτοις συνεργήσαντας τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ὑπεβάλομεν δεσμῷ· οὐκ ἀπαγορεύοντες τὴν μετάνοιαν, ἀλλὰ τὴν τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῖς ὑπανοίξαντες θύραν. ἂν γὰρ * ἐθέλωσιν ὡς τάχιστα ἀναθεματίσαι μὲν τὰ ὑπὸ Κυρίλλου ἀποσταλέντα κεφάλαια, τὰ τῆς ἀποστολικῆς καὶ εὐαγγελικῆς * διδασκαλίας ἀλλότρια, εἰς δὲ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων ἐπανελθεῖν, τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων, καὶ κατὰ τὸ γράμμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων

*ἐθελήσωσι,

* ἐκκλησίας

ginta epiſcopos Ægyptios; alter vero pluſquam triginta Aſiaticos, & aliquos alios, hos quidem aſtu circumuentos, illos vero metu inductos, congregans, noluerunt quidem commune ſanctiſſimorum epiſcoporum vndecumque aduentantium expectare Concilium; contemptis autem eccleſiaſticis legibus, omniaque abſurde & ſcelerate gerentes, tamquam ex arce omnes ad impietatem adhortabantur: nautas vero, clericoſque Ægyptios, & agreſtes Aſianos ad epiſcoporum domos mittentes, extremaque interminantes, ac infirmiores perterrefacientes, & domos forinſecus inſcribentes, quo nimirum oppugnandi conſpicui eſſent, iniquis ipſorum actis aſſentiri compellebant. Hæc autem cum animaduertiſſemus, experientiaq; tyrannidem illorum comperiſſemus, indignum iudicauimus, ſi eos qui in tantum progreſſi ſunt improbitatis, in diuina & magna ſacerdotali functione relinqueremus. Quare hos quidem tamquam malorum auctores deponere coacti fuimus, & ab epiſcopatu omnino amouimus; ceteros autem, qui horum adiutores & adminiſtri fuerunt, excommunicationis vinculo ſubiecimus, pœnitentiam non denegantes; quin potius clementiæ oſtium ſubapertum eis reliquimus. Nam ſi capita a Cyrillo emiſſa, quæ ab apoſtolica & euangelica doctrina aliena ſunt, quamprimum anathematizare voluerint, & ad ſanctorum patrum, qui in Nicæa Bithyniæ conuenerunt, fidem redire, & iuxta pientiſſimorum ac Chriſti

*Omnia hæc vana, commentitia, & calumnioſa eſſe patet ex actis Concilii.*

*Quam impudenter iſti mentiuntur!*

*Sed hæc omnia occulte, inique, & temerarie.*

ANNO CHRISTI 431.

amantium imperatorum noſtrorum literas, ea quę propoſita ſunt, ſine tumultu ac exacte nobiſcum diſquirere, piumque dogma confirmare; mox illos, veluti propria membra, ſuſcipiemus, ſedeſque ſacerdotales ipſis reſtituemus.

## *Eorumdem ad reginas relatio.*

*Imo veſtro in Cyrillum furore & odio vos excæcante & inſtigante.*

CONTRARIA iis quæ ſperabamus, veſtræ pietati ſignificare compulſi ſumus, tyrannica Cyrilli Alexandrini, & Memnonis Epheſini petulantia ad eam neceſſitatem nos perurgente. Nam cum propter eccleſiaſticarũ ſanctionum ordinem, piaque Chriſti amantium imperatorum noſtrorum decreta, religioſiſſimorum epiſcoporum aduentantium præſentiam eos opperiri, communiterq; quæ ſanctę fidei ſunt, expendere, & ortas controuerſias ſimul examinare, atq; apoſtolicum dogma exacte diſcuſſum confirmare oporteret; nobis ſe noſtrum aduentum præſtolari cum ſcripſiſſent, didiciſſentque tridui itinere nos abeſſe; tyrannico inter ſe conſeſſu conſtituto, res flagitioſas, illegitimas, omniq; abſurditate plenas auſi ſunt: cum tamen magnificentiſſimus comes Candidianus, ordinis ſeruandi cauſa a religioſiſſimis Chriſtique amantibus imperatoribus noſtris miſſus, & verbo & ſcripto illis denuntiaſſet, vt piiſſimorum epiſcoporum qui conuocati fuerant, aduentum expectarent, neque quidquam circa piam fidem innouarent, ſed illis quæ a piæ mentis imperatoribus noſtris decreta eſſent, inſiſte-

*Omnia manifeſte falſa ſunt.*

ἡμῶν βασιλέων, ἀθορύβως καὶ ἀκριβῶς τά τε προκείμενα συζητῆσαι, καὶ τὸ εὐσεβὲς δόγμα κυρῶσαι, παραυτίκα αὐτοὺς ὡς οἰκεῖα μέλη δεξόμεθα, καὶ τοὺς ἱερατικοὺς αὐτοῖς ἀποδώσομεν θρόνους.

## Ἀναφορὰ τῶν αὐτῶν πρὸς τὰς βασιλίδας.

ΕΤΕΡΑ γνωρίζειν τῇ ὑμετέρᾳ προσδοκήσαντες εὐσεβείᾳ, τὰ ἐναντία δηλῶσαι ἠναγκάσθημεν, τῆς τυραννικῆς ἀταξίας Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως, καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου, τοῦτο ποιῆσαι βιαζομένης. δέον γὰρ διά τε τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν ἀκολουθίαν, καὶ διὰ τὰ εὐσεβῆ τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων θεσπίσματα, ἀναμεῖναι μὲν τῶν ἀφικνουμένων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τὴν παρουσίαν, κοινῇ * διασκέψασθαι τὰ περὶ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως, καὶ τὰ προκείμενα ζητήματα συνιδεῖν, καὶ ἀκριβῶς τὸ ἀποστολικὸν ἐρευνήσαντας βεβαιῶσαι δόγμα· γράψαντες ἡμῖν, ὡς τὴν ἡμετέραν ἀναμένουσι παρουσίαν, καὶ μαθόντες ὡς ἀπὸ τελῶν μονῶν τυγχάνομεν, καθ' ἑαυτοὺς τυραννικὸν συνέδριον συγκροτήσαντες, ἄθεσμα καὶ παράνομα καὶ πάσης ἀτοπίας γέμοντα ἐτόλμησαν πράγματα· καὶ ταῦτα τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ, τῆς εὐταξίας χάριν ὑπὸ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων ἀποσταλέντος, καὶ ἀγράφως αὐτοῖς καὶ ἐγγράφως παρεγγυήσαντος ἀναμεῖναι τοὺς συγκληθέντας θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, καὶ μηδὲν νεωτερίσαι περὶ τὴν εὐσεβῆ πίστιν, ἀλλὰ στοιχῆσαι τοῖς θεσπισθεῖσι παρὰ τῶν τὰ θεῖα φρονούντων βασιλέων

* ἴσως, συσκέψασθαι

ANNO CHRISTI 431.

ἡμῶν. ἀλλ᾽ ὅμως καὶ τοῦ βασιλικοῦ γράμματος ἐπακούσαντες, καὶ τῶν συμβουλιῶν τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ, σμικρὸν τῆς εὐταξίας φροντίσαντες, ὠὰ ἀσπίδων ἔρρηξαν, καὶ ἱστὸν ἀράχνης, κατὰ τὸν προφήτην, ὑφαίνουσιν· ἀλλ᾽ ὁ μέλλων τῶν ὠῶν αὐτῶν φαγεῖν, συντρίψας οὔριον εὗρε, καὶ ἐν αὐτῷ βασιλίσκος. διὸ θαῤῥαλέως βοῶμεν· ὁ ἱστὸς αὐτῶν οὐκ ἔσται εἰς ἱμάτιον, οὐδὲ μὴ περιβάλλονται ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν. τούτου χάριν τὰς πολλὰς ἀτοπίας αὐτῶν θεασάμενοι· τάς τε γὰρ ἐκκλησίας καὶ τὰ ἅγια μαρτύρια ἀπέκλεισαν, τήν τε ἁγίας πεντηκοστῆς τὴν πανήγυριν ἐπιτελέσαι οὐκ εἴασαν· καὶ πρὸς τούτοις τοὺς τῆς τυραννικῆς αὐτῶν ἀταξίας ὑπηρέτας εἰς τὰς τῶν ἐπισκόπων οἰκίας ἀποστέλλοντες, καὶ τὰ ἀνήκεστα ἀπειλοῦντες, ὑπογράψαι τοῖς ὑπ᾽ αὐτῶν παρανόμως τολμηθεῖσιν ἠνάγκασαν· οὗ χάριν τοὺς προειρημένους Κύριλλον καὶ Μέμνονα καθείλομεν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν· τοὺς δὲ συνεργήσαντας αὐτῶν τῇ ἀταξίᾳ, καὶ εἴτε κολακείᾳ, εἴτε φόβῳ ὑποσυρέντας, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν εἰς αἴσθησιν τῶν οἰκείων ἐλθόντες τραυμάτων, καὶ μεταμεληθῶσι γνησίως, καὶ τὰ αἱρετικὰ Κυρίλλου κεφάλαια, τὰ τῇ Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ συμβαίνοντα, ἀναθεματίσαντες, τὴν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων ἀνακτήσωνται πίστιν, καὶ κατὰ τὰ εὐσεβῆ τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων θεσπίσματα ἡσύχως καὶ δίχα θορύβου τινὸς εἰς τὸ συνέδριον συνελθόντες, ἀκριβῶς τά τε ζητούμενα συνιδεῖν ἐθελήσωσι, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως τὸ εἰλικρινὲς ἀδόλως φυλάξωσι.

rent. Verum tum literis imperialibus, tum etiam magnificentiſſimi comitis Candidiani conſiliis auditis, ordinem & decorum paruipendentes, aſpidum oua fregerunt, & telam, ſicuti propheta loquitur, araneæ texunt. Sed qui de ouis eorum comedere voluerit, conterens inueniet putridum, & in ipſo regulus. Proinde confidenter clamamus: Tela eorum nõ erit in veſtimentum, neque operientur e manuum ſuarum operibus. Cum ergo illorum temeritates & ineptias multas aduertiſſemus, (nam & ſanctas eccleſias, & martyrum ædes occluſerũt; & ne ſanctæ Pentecoſtes ſolennitatem celebraremus, impedimento fuerunt; & tyrannicæ præterea inſolentiæ ſuæ miniſtros ad epiſcoporum domos mittentes, ac extrema quæque minantes, iniquis ſuis ſtudiis conatibuſque illos ſubſcribere compulerunt) prædictos Cyrillum & Memnonem depoſuimus, & ab epiſcopali munere amouimus: reliquos autem inſolentiæ illorum ſocios, vel metu, vel adulatione adactos, excõmunicationi ſubdidimus, donec vulnera ſua ſentientes, ex animo reſipiſcant, & hæretica Cyrilli capita, Apollinarii, & Arii, & Eunomii impietati cõſentanea, anathematizent, & ſanctorum patrum Nicænorũ fidem recipiant, & iuxta pia Chriſti amantium imperatorum noſtrorũ edicta, quiete & abſq; omni tumultuatione in Cõcilium conueniant, propoſitaſq; quæſtiones accurate ſimul diſpicere velint, & euãgelicæ fidei ſinceritatem ſine fuco cuſtodiant.

*Iſa. 59. v. 5.*

*Omnia hæc in illorũ capita conuenientiſſime retorqueri poſſũt, vt poſtea fraude comperta, re ipſa retorta ſunt.*

*Eamdem cãtilenam impudenter vbique canũt, eademque mendacia ſemper ingeminant.*

# ACTIO SECVNDA.

*Exemplum commentarii rerum, quæ actæ ſunt in præſentia epiſcoporum & preſbyterorũ, qui ex vrbe Roma venerant.*

POST conſulatum dominorum noſtrorum ſemper Auguſtorum, Flauii quidem Theodoſii XIII. Valentiniani vero III. ſexto Idus Iulii, qui dies iuxta Ægyptios eſt Epiphi ſextuſdecimus, Synodo congregata in Epheſiorum metropoli ex decreto religioſiſſimorum Chriſtianiſſimorumque imperatorum, ac ſedentibus in religioſiſſimi epiſcopi Memnonis epiſcopali æde piiſſimis epiſcopis, Cyrillo Alexandrino, qui & Cæleſtini quoque ſanctiſſimi ac beatiſſimi Romanorum eccleſiæ archiepiſcopi locum regebat; & Iuuenali Hieroſolymorum, & Memnone Epheſiorum, & Flauiano Philippenſium, qui & Rufi quoque reuerendiſſimi Theſſalonicenſium epiſcopi locum tenebat; & Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ, & Firmo Cæſareæ Cappadociæ primæ, ac omnibus qui in commentariorum ordine ſupra recenſiti ſunt, & Beſula diacono Carthaginis: ingreſſiſque ac conſidentibus qui ex occidente venerant, Arcadio & Proiecto piiſſimis, Deoque dilectiſſimis epiſcopis & legatis, necnon Dei amantiſſimo Philippo, apoſtolicæ ſedis preſbytero & legato.

# ΠΡΑΞΙΣ ΔΕΥΤΕΡΑ.

Ἴσον ὑπομνήματος πραχθέντος ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τῶν ἀπὸ Ῥώμης ἐλθόντων ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων.

ΤΟΙΣ μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν δεσποτῶν ἡμῶν, Φλαυίου Θεοδοσίου τὸ τρισκαιδέκατον, καὶ Φλαυίου Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, πρὸ ἓξ εἰδῶν Ἰουλίων, ἥτις ἐστὶ κατ' Αἰγυπτίους Ἐπιφὶ ιϛʹ. συνόδου συγκροτηθείσης ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, καὶ καθεσθέντων ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Μέμνονος τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, διέποντος καὶ τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Κελεστίνου, καὶ Ἰουβεναλίου Ἱεροσολύμων, καὶ Μέμνονος τῶν Ἐφεσίων, καὶ Φλαυιανοῦ Φιλίππων, ἐπέχοντος καὶ τὸν τόπον Ῥούφου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Θεσσαλονικέων, καὶ Θεοδότου Ἀγκύρας Γαλατίας πρώτης, καὶ Φίρμου Καισαρείας Καππαδοκίας πρώτης, καὶ πάντων τῶν *προστεταγμένων ἐπισκόπων ἐν τῇ στάσει τῶν ὑπομνημάτων, καὶ Βεσούλα διακόνου Καρθαγένης· εἰσελθόντων τε καὶ συνεδρευσάντων ἀπὸ τῆς ἑσπέρας θεοφιλεστάτων καὶ θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτῶν, Ἀρκαδίου, καὶ Προϊέκτου, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου πρεσβυτέρου Φιλίππου τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, καὶ λεγάτου.

* [illegible]

Anno Christi 431.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Φίλιππος τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου πρεσβύτερος καὶ πρεσβευτὴς εἶπεν· Εὐχαριστοῦμεν τῇ ἁγίᾳ καὶ σεπτῇ τριάδι, ὅτι ἡμᾶς τῆς συνελεύσεως τοῦ ἁγίου ὑμῶν συλλόγου ἠξίωσε. πάλαι μὲν οὖν ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πάπας ἡμῶν Κελεστῖνος, ὁ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπίσκοπος, περὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως δι᾽ ἐπιστολῶν ἑαυτοῦ πρὸς τὸν ἅγιον καὶ εὐλαβέστατον ἄνδρα τὸν Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπον ἐκκλησίας Κύριλλον ὥρισεν· ἅ τινα γράμματα τῷ ἁγίῳ ὑμῶν συλλόγῳ πεπόρισται· καὶ νῦν δὲ πρὸς βεβαίωσιν τῆς καθολικῆς πίστεως πρὸς τὴν πάντων ὑμῶν εὐλάβειαν δι᾽ ἡμῶν γράμματα ἐξέπεμψεν· ἅ τινα παρ᾽ ἡμῶν ὑποδεχθέντα πρεπόντως τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἀναγνωσθῆναι κελεύσατε, καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὑπομνήμασιν ἐντάγῆναι.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Ἀρκάδιος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβευτὴς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας εἶπε· Κελευσάτω ἡ ὑμετέρα μακαριότης, τὰ προσενεχθέντα ὑμῖν γράμματα τοῦ ἁγίου, καὶ μετὰ πάσης προσκυνήσεως ὀνομαζομένου πάπα Κελεστίνου, τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπισκόπου, ἀναγνωσθῆναι· ἐξ ὧν γνῶναι δυνήσεται ἡ ὑμετέρα μακαριότης, ποίαν ἔχει φροντίδα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Προϊέκτος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβευτὴς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας εἶπε· Κελευσάτω ἡ ὑμετέρα μακαριότης, τὰ προσενεχθέντα ὑμῖν γράμματα τοῦ ἁγίου, καὶ μετὰ πάσης προσκυνήσεως ὀνομαζομένου πάπα Κελεστίνου, τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπισκόπου, ἀναγνωσθῆναι· ἐξ ὧν γνῶναι δυνήσεται ἡ ὑμετέρα μακαριότης, ποίαν ἔχει φροντίδα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.

*Interpretatio depoſitionis.*

Philippus apoſtolicæ ſedis presbyter & legatus dixit: Gratias agimus ſanctæ & adorandæ trinitati, quod nos humiles ſancto veſtro conuentu dignata eſt. Dudum quidem ſanctiſſimus beatiſſimusque papa noſter Cæleſtinus, ſedis apoſtolicæ epiſcopus, per ſuas epiſtolas ad Cyrillum ſanctum virum ac piiſſimum eccleſiæ Alexandrinæ epiſcopum, de præſenti hac cauſa & negotio definiuit; quæ literæ ſacro veſtro cœtui ſunt exhibitæ. Et nunc alias rurſum ad corroborationem fidei catholicæ, ad veſtram omnium pietatem per nos miſit literas, quas a nobis exhibitas decenter ſanctæ Synodo iubete legi, ac inter eccleſiaſticos commentarios referri.

*Interpretatio depoſitionis.*

Arcadius epiſcopus, & Romanæ eccleſiæ legatus dixit: Præcipiat veſtra beatitudo, ſancti, & omni cum veneratione nominandi, papæ Cæleſtini apoſtolicæ ſedis epiſcopi literas vobis allatas recitari, ex quibus veſtra beatitudo agnoſcere poterit, qualem omnium eccleſiarum curam gerat.

*Interpretatio depoſitionis.*

Proiectus epiſcopus, & Romanæ eccleſiæ legatus dixit: Præcipiat veſtra beatitudo, ſancti, & omni cum veneratione nominandi, papæ Cæleſtini apoſtolicæ ſedis epiſcopi literas vobis allatas recitari, ex quibus veſtra beatitudo agnoſcere poterit, qualem omnium eccleſiarum curam gerat.

Et poſtquam ſanctiſſimus, ac Deo amabiliſſimus eccleſiæ Alexandrinæ epiſcopus Cyrillus interlocutus eſt, ſicut deinceps continetur; Siricius notarius ſanctæ catholicæ eccleſiæ vrbis Romæ recitauit.

Cyrillus epiſcopus Alexandrinus dixit: Suſcepta epiſtola ſanctiſſimi, & per omnia beatiſſimi ſanctæ apoſtolicæ ſedis Romanæ epiſcopi Cæleſtini, ſanctæ Synodo cum congruo honore recitetur.

Siricius ſanctæ catholicæ eccleſiæ vrbis Romæ notarius recitauit.

Et poſtquam Latine lecta eſt, Iuuenalis Hieroſolymorum epiſcopus dixit: Literæ Cæleſtini ſanctiſſimi beatiſſimique magnæ Romæ epiſcopi iam lectæ, piam orthodoxamq; ſententiam complectentes, referantur in actorum commentarios.

Vniuerſi reuerendiſſimi epiſcopi petiuerunt, vt literæ Græce reddantur, & recitentur.

*Interpretatio depoſitionis.*

Philippus presbyter apoſtolicæ ſedis & legatus dixit: Conſuetudini ſatisfactum eſt, vt apoſtolicæ ſedis literæ Latine in primis legantur. Nunc vero itidem, quoniam beatitudo veſtra efflagitat, vt Græce etiam legantur, neceſſarium eſt, vt ſanctitatis veſtræ deſiderio ſatisfiat: id quod faciendum curauimus, vt Romana oratio in Græcam conuerteretur. Iubete igitur ſuſcipi, & ſanctis veſtris auribus inſinuari.

Καὶ μετὰ τὸ διαλαλῆσαι τὸν ἁγιώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Κύριλλον, καθὼς ἑξῆς περιέχει, *Σιρίκιος νοτάριος τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας πόλεως Ῥωμαίων ἀνέγνω.

Anno Christi 431.

* Συρίκιος

Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· Ὑποδεχθὲν τὸ γράμμα τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ *τὰ πάντα ὁσιωτάτου, τῆς ἁγίας ἀποστολικῆς *καθέδρας ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Κελεστίνου, μετὰ τῆς προσφόρου τιμῆς ἀναγινωσκέσθω τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

* κατὰ πάντα
* ἐκκλησίας

*Σιρίκιος νοτάριος τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας πόλεως Ῥωμαίων ἀνέγνω.

* Συρίκιος

Καὶ μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι Ῥωμαϊστί, Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων εἶπε· Τὰ ἀναγνωσθέντα τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου τῆς μεγάλης Ῥώμης Κελεστίνου γράμματα, εὐσεβῶς καὶ ὀρθοδόξως ἔχοντα, ἐμφερέσθω τοῖς *ὑπομνήμασι.

* πραττομένοις

Πάντες οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ᾔτησαν ἑρμηνευθῆναι τὴν ἐπιστολήν, καὶ ἀναγνωσθῆναι.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Φίλιππος πρεσβύτερος τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, καὶ πρεσβευτὴς εἶπε· Τὸ ἱκανὸν ἐγένετο τῇ συνηθείᾳ, ἵνα τὰ γράμματα τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐν πρώτοις Ῥωμαϊστὶ ἀναγνωσθῶσι· νῦν δὲ ὁμοίως, ἐπειδὴ ἡ ὑμετέρα ἀπαιτεῖ μακαριότης, ὅπως καὶ Ἑλληνιστὶ ἀναγνωσθῶσιν, ἀναγκαῖόν ἐστι τῷ πόθῳ τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος γενέσθαι τὸ ἱκανόν· ὅπερ πρᾶξαι ἐφροντίσαμεν, ἵνα ἡ Ῥωμαϊκὴ ὁμιλία Ἑλληνιστὶ μεταβληθείη. κελεύσατε οὖν ὑποδεχθῆναι, καὶ ταῖς ἁγίαις ὑμῶν ἀκοαῖς ἐγκατατεθῆναι.

ANNO CHRISTI 431.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Ἀρκάδιος, καὶ Προϊέκτος, οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι καὶ πρεσβυταὶ εἶπον· Καθὼς ἐκέλευσεν ἡ ὑμετέρα μακαριότης, ἵνα εἰς τὴν πάντων γνῶσιν ἔλθῃ τὰ γράμματα τὰ προσενεχθέντα, ἐπειδὴ πολλοί εἰσι τῶν ἁγίων ἀδελφῶν καὶ ἐπισκόπων ἡμῶν, οἵτινες Ῥωμαϊστὶ ἀγνοοῦσι, *διά τι τοῦτο καὶ Ἑλληνιστὶ ἡ *προσκομισθεῖσα ἐπιστολὴ μεταβέβληται· καὶ εἰ κελεύσοιτε, ἀναγνωσθήσεται.

* διά τι

* προσκομισθεῖσα

Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων εἶπεν· Ἡ *προσκομισθεῖσα ἑρμηνεία τῆς ἐπιστολῆς τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ὑποδεχθεῖσα, ἀναγινωσκέσθω.

* προσκομισθεῖσα

Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμικήριος νοταρίων ἀνέγνω.

*Interpretatio depoſitionis.*

Arcadius & Proiectus epiſcopi & legati dixerunt: Sicut iuſſit beatitudo veſtra, vt allatæ literæ in omnium notitiam veniant; quia ſanctorum fratrum epiſcoporum noſtrorum non pauci ſunt, qui Latine neſciunt, propterea allata epiſtola Græce quoque reddita eſt, & ſi iuſſeritis, legetur.

Flauianus Philippenſium epiſcopus dixit: Allata interpretatio literarum ſanctiſſimi, Deoque dilectiſſimi epiſcopi ſanctiſſimæ eccleſiæ Romanæ ſuſcepta legatur.

Petrus preſbyter Alexandrinus, & notariorum primicerius legit.

Κελεστῖνος τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, τῇ ἐν Ἐφέσῳ συναχθείσῃ, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

*Cæleſtinus epiſcopus ſanctæ Synodo apud Epheſum congregatæ, dilectis & deſideratiſſimis fratribus, in Domino ſalutem.*

ΤΟΥ ἁγίου πνεύματος ἐμφανίζει τὴν παρουσίαν τῶν ἱερέων ἡ σύνοδος. ἀληθὲς γάρ ἐστι τὸ γεγραμμένον, ἐπεὶ καὶ οὐ δύναται ἡ ἀλήθεια ψεύσασθαι, ὅτι δὴ ἐν εὐαγγελίῳ τοιαύτη ἔγκειται φωνή· ὅπου δύο, ἢ τρεῖς εἰσι συνηγμένοι ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. τούτου οὕτως ἔχοντος, εἰ οὐδὲ τῷ οὕτω βραχέος ἀριθμοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπολείπεται, πόσῳ μᾶλλον αὐτὸ νῦν μεσιτεύειν πιστεύομεν, ὅπου εἰς ἓν συνήχθη τοσοῦτο πλῆθος ἁγίων; καὶ γὰρ ἅγιόν ἐστι κατὰ τὸ οἰκεῖον σέβας συνέδριον· ἐν ᾧ, καθάπερ ἐκείνης τῆς μεγίστης τῶν ἀποστόλων συνόδου, ὡς ἀνέγνωμεν, ἐστὶν

SPIRITVS ſancti teſtatur præſentiam congregatio ſacerdotum. Verum eſt enim quod legimus, quia nec poteſt veritas mentiri, cuius in euangelio iſta ſententia eſt: *Vbi duo vel tres congre-* Matth. 18. v. 20.
*gati fuerint in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eorum.* Quod cum ita ſit, ſi nec huic tam breui numero Spiritus ſanctus deeſt, quãto magis eum nunc intereſſe credimus, quando in vnum conuenit tanta turba ſanctorum? Sanctum namque eſt pro debita ſibi veneratione Concilium; in quo vtiq; nunc apoſtolorum frequentiſſi- Act. 15.
mæ illius, quam legimus, congre-

gationis aſpicienda reuerentia eſt. Nunquam his defuit magiſter, quem receperant prædicandum. adfuit his ſemper Dominus & magiſter: ſed nec docentes a ſuo doctore deſerti ſunt vnquam. Docebat ille qui miſerat; docebat qui dixerat quid docerent; docebat qui in apoſtolis ſuis ſe confirmat audiri. Hæc ad omnes in commune Domini ſacerdotes mandatæ prædicationis cura peruenit: hereditario in hanc ſolicitudinem iure conſtringimur, quicumque per diuerſa terrarum, eorum vice nomen Domini prædicamus, dum illis dicitur: *Ite, docete omnes gentes*. Aduertere debet veſtra fraternitas, quia accepimus generale mandatum: omnes etiam nos id agere voluit, qui illis ſic omnibus in commune mandauit officium. neceſſe eſt vt competenter noſtros ſequamur auctores. Subeamus omnes eorum labores, quibus omnes ſucceſſimus in honore. Præſtemus eorum diligentiam prædicatis, poſt quæ, monente Apoſtolo, nullam prædicationem iubemur * adiicere. Non eſt minor tradentis officio cuſtodia traditorum. Illi iecerunt fidei ſemen; noſtra hæc ſolicitudo cuſtodiat, vt incorruptum & multiplicem fructum noſtri patrisfamilias aduentus inueniat, cui ſoli vtique apoſtolorum aſſignatur vbertas. Loquente namque electionis vaſe, plantare & rigare non ſufficit, niſi Deus dederit incrementum. Agendum igitur eſt la-

*Matth.* 10. *Luc.* 10. v. 16. *Matth.* 28. v. 19. *Galat.* 1. * *al.* admittere. *Ioan.* 15. 1. *Cor.* 3.

ὁρῶν τὴν εὐλάβειαν. οὐδέποτε τούτων *ἀπολείπει ὁ παρ' αὐτῶν κηρυχθεὶς διδάσκαλος· παρῆν αὐτοῖς ἀεὶ ὁ κύριος καὶ διδάσκαλος. ἀλλ' οὐδὲ* διδασκόμενοι παρὰ τοῦ οἰκείου διδασκάλου πώποτε κατελείφθησαν. ὁ πέμψας ἐδίδασκεν· ὁ εἰπὼν τί διδάξουσιν, ἐδίδασκεν, *ὁ τοῖς οἰκείοις ἀποστόλοις ἑαυτὸν ἐμφανίζων. ἀκουέσθω ταῦτα παρὰ πάντων εἰς τὸ κοινόν, κύριοι ἀδελφοί· ἃ τῆς παραδοθείσης διδασκαλίας ἡ φροντὶς παρέπεμψε* δικαίως κληρονομίαν εἰς ἡμᾶς. ἐν ταύτῃ τῇ φροντίδι σφιγγόμεθα τῷ πανταχοῦ, καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τῇ ἐκείνων διαδοχῇ τὸ ὄνομα κυρίου κηρύττοντες, ὡς ἐκείνοις προσετάχθη· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. προσέχειν ἡ ὑμετέρα ἀδελφότης ὀφείλει, ὅτι *παρεδέξατο γενικὴν ἐντολήν· καὶ ἡμᾶς αὐτὸν πάντας τοῦτο πράττειν ἠθέλησεν, ὅστις πᾶσιν ἐκείνοις περὶ τῆς κοινῆς ἐνετείλατο πίστεως καὶ λειτουργίας. ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὅπως προσηκόντως τοῖς ἑαυτῶν πατράσιν ἀκολουθήσωμεν, ὑπεισελθόντες πάντες αὐτῶν τὸν κάματον· καὶ τῷ τὴν τούτων διαδεξάμενοι τιμήν, χορηγήσωμεν τὴν ἐπιμέλειαν τοῖς τούτων διδάγμασι· μεθ' ἅ, *ὑπομιμνήσκοντες τοῦ ἀποστόλου, οὐδεμίαν διδασκαλίαν προσθεῖναι κελευόμεθα. *οὐκ ἔστιν ἐλάσσων τιμὴ τῆς ὑπηρεσίας τοῦ διδάσκοντι ἢ τῶν παραδιδομένων φυλακή. ἐκεῖνοι ἔσπειραν τῆς πίστεως τὰ *σπέρματα· ταῦτα ἡ ὑμετέρα φροντὶς ἀσφαλιζέσθω, ὅπως ἀδιάφθορον καὶ πολυπλασιασθέντα καρπὸν ἡ παρουσία τοῦ ἡμετέρου δεσπότου εὕροι, ᾧ μόνῳ* ἡ ὡραιότης τῶν ἀποστόλων ἐμφανίζεται. καὶ γὰρ λαλῶν τοῖς* ἑαυτοῦ ἐκλεκτοῖς Παῦλος, ἑαυτὸν φυτεύειν καὶ ποτίζειν οὐκ ἐπαρκεῖν ἔφη, εἰ μὴ θεὸς τὸ αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι ἐχαρίσατο. τοιγαροῦν περισπούδαστόν ἐστι, καὶ πρακτέον

ὅπως

ANNO CHRISTI 431. * ἀπολείφθη * l. διδάσκοντες * δόγματα

ANNO CHRISTI 431.

ὅπως καμάτῳ κοινῷ τὰ ἐμπιστευθέντα, καὶ διὰ τῆς ἀποστολικῆς * διαδοχῆς ἕως τοῦ νῦν συγκρατηθέντα φυλάξωμεν. ἐκεῖνο γὰρ παρ' ἡμῶν αἰτεῖται, ἵνα κατὰ τὸν ἀπόστολον περιπατήσωμεν. οὔτε γὰρ νῦν πρόσωπόν τι, ἀλλ' ἡ ἡμετέρα πίστις καλεῖται πρὸς δίκην. ὅπλα πνευματικὰ θωρήξασθαι δεῖ, ἐπειδὴ πόλεμοι κινοῦνται ψυχῶν, καὶ βέλη ῥημάτων, ὅπως ἐν τῇ πίστει τοῦ βασιλέως ἡμῶν παραμείνωμεν. πάντας νῦν τοὺς ἐκεῖσε ὁ μακάριος Παῦλος ὑπομιμνήσκει, ἔνθα * Τιμόθεον μένειν ἐνετείλατο. ὁ αὐτὸς τοιγαροῦν τόπος, ἡ αὐτὴ ὑπόθεσις τὴν αὐτὴν διακονίαν καὶ νῦν ἀπαιτεῖ. ἡμεῖς τε νῦν πράξωμεν, καὶ σπουδάσωμεν εἰς τοῦτο, ὃ * ἐκείνῳ πράττειν προστέτακται· ἵνα μὴ * ἄλλο τις φρονῇ, καὶ ζητήσεις * ἐκ * τῆς παρούσης μάλιστα μακρολογίας μηδεὶς ἐντεινέτω, ὡς αὐτὸς προσέταξε. γενώμεθα ὁμόψυχοι, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ φρονοῦντες, ἐπειδὴ τοῦτο συμφέρει· μηδὲν διὰ φιλονεικίαν, μηδὲν πράττειν διὰ ματαίαν κενοδοξίαν * εὐχόμενοι. μία ψυχὴ, καὶ καρδία μία ἔστω τοῖς πᾶσιν, ὅτε ἡ πίστις, ἥτις μία ἐστὶ, παραχαράττεται. πονείτω, μᾶλλον δὲ θρηνείτω τοῦτο μεθ' ἡμῶν κοινῇ πᾶν τὸ συνέδριον. εἰς * κριτήριον καλεῖται ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· εὐθύνεται ὁ σείων πᾶσαν τὴν γῆν· καὶ ὁ λυτρωτὴς συκοφαντίαν ὑπομένει. θωρηξάσθω τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ ἡ ὑμετέρα ἀδελφότης. οἴδατε τὴν περικεφαλαίαν, ἥτις τὴν ἡμετέραν ἀσφαλίζεται κεφαλὴν, ποῖος θώραξ τὸ ἡμέτερον στῆθος τειχίζει. οὐ νῦν πρῶτον ὑμᾶς οἱ ἐκκλησιαστικοὶ περίβολοι διδασκάλοις ἐδέξαντο. οὐδεὶς ἀμφιβάλοι, τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, ὃς ποιεῖ τὰ ἀμφότερα ἓν, ὅτι περ ἀποτεθέντων ὅπλων εἰρήνη διαδέχεται, ἐπειδὴ αὐτὴ ἡ ὑπόθεσις ἑαυτὴν ἐκδικεῖ. ἀνα-

*διδαχῆς
*Τιμοθέῳ
*ἐκείνοις
*ἄλλως
*ταῖς μάλιστα περιτταῖς μακρολογίαις
*l. αἱ μάλιστα χορηγοῦσι οἱ μῦθοι, μηδεὶς
*ἐχόμενοι μιᾷ ψυχῇ
*κρίσιν.

bore communi, vt credita, & per apoſtolicam ſucceſſionem hucuſque detenta ſeruemus. Illud enim a nobis petitur, vt ſecundum Apoſtolum ambulemus. *Rom.8.v.4.* Non enim nunc* ſpecies, ſed fides noſtra vocatur ad cauſam. Spiritalia arma ſumenda ſunt, quia bella ſunt mentium & tela verborum; vt in noſtri regis fide perduremus. Omnes nunc ibi poſitos beatus Paulus apoſtolus monet, vbi Timotheum remanere mandauit. *1.Tim.1.v.3* Idem igitur locus, eadem cauſa etiam modo ipſum requirit officium. Nos quoque nunc agamus & ſtudeamus illud, quod agendũ tunc ille ſuſcepit. ne quis aliter ſentiat, & quæſtiones præſtantibus maxime fabulis ne quis intendat, vt ipſe præcepit: *1.Tim.1. & 4. Philip.2.* ſimus vnanimes, vnum, quia ſic expedit, ſentientes: nihil per contentionem, nihil per inanem gloriam agere geſtiamus: vna anima cum vno corde ſit cunctis, quandoquidem fides, quæ eſt vna, pulſatur. Doleat, imo & lugeat hoc nobiſcum in commune omne collegium. Vocatur in iudicium, qui iudicaturus eſt mundum; diſcutitur, qui diſcuſſurus eſt omnes; & calumniam patitur, qui redemit. Accingatur armis Dei veſtra fraternitas. *Epheſ.6.* Scitis quæ galea caput noſtrum muniat, quæ lorica pectus includat. Non vos nunc demum eccleſiaſtica rectores caſtra ceperunt. Nemo dubitet fauente Domino, qui facit vtraque vnum, depoſitis armis pacem futuram, *Eph.2.v.14.* quando ſe cauſa ipſa defendit. Reſpi-

*perſona aliqua,

ciamus rurſus etiam illa noſtri verba doctoris, quibus proprie apud epiſcopos vtitur, iſta prædicens: *Attendite*, inquit, *vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos, regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Inde aduocatos hos legimus, qui iſtud audirent, quo nunc ſanctitas veſtra conuenit. Epheſiis ergo, quibus eſt nota fidei prædicatio, ſit nunc erga hanc etiam * noſtra nota defenſio. Exhibeamus his noſtræ mentis illa veneratione conſtantiam, qua ſunt digna quæ magna ſunt; quæ pio ſenſu tranquillitas diuturna ſeruauit. Annuntientur vobis quæ ab apoſtolis intemerata regnarunt: quia nunquam contra regem regum verba tyrãnicæ dominationis admiſſa ſunt, nec opprimi per falſitatem potuit negotium veritatis. Vos hortor, fratres beatiſſimi, reſpiciatur illa ſola dilectio, in qua vtique, ſecundum vocem Ioannis apoſtoli, cuius reliquias præſentes veneramini, manere debemus. Sit oratio communis ad Dominum. Scimus quæ vis diuinæ illius præſentiæ ſit futura, ſupplicante concorditer tanta multitudine ſacerdotum, quando locus ille moueri potuit, in quo vnanimiter duodecim legimus ſupplicaſſe. Quæ tamen fuit apoſtolorum petitio deprecantum? Nempe vt acciperent verbum Dei loqui cum fiducia, & per eius virtutem agere, quorum præſtante Chriſto Deo noſtro acceperant poteſtatem. Et veſtro nunc ſancto conuentui quid eſt aliud poſtulandũ,

Margin: Act. 20. v. 28. — * veſtra — Ioan. 15. 1. Ioan. 4. — Actor. 4.

πολήσωμεν πάλιν κἀκεῖνα τὰ ῥήματα τοῦ ἡμετέρου * δεσπότου, οἷς ἰδικῶς ἐχρήσατο * διὰ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων, ταῦτα παραγγέλλων· προσέχετε, φησὶν, ἑαυτοῖς, καὶ πάσῃ τῇ ἀγέλῃ, ἧς ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔταξεν ἐπισκόποις, διοικεῖν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι. * ὅθεν * τοιούτοις κληθέντας ἀνέγνωμεν τοὺς ταῦτα ἀκούσαντας Ἐφεσίοις, ἔνθα νῦν ἡ ὑμετέρα ἁγιότης συνελήλυθε. τοιγαροῦν οἷς ἐστι γνώριμος ἡ διδασκαλία τῆς πίστεως, ἔστω γνωστὴ καὶ ἡ ὑμετέρα ἐκδίκησις. παράσχωμεν αὐτοῖς διὰ τῆς ἡμετέρας διανοίας ἐκείνης τῆς προσκυνήσεως τὴν ἰσχὺν, ἧς * εἰσὶν ἄξιοι· * καὶ μείνῃ καταλαλιᾶς ὑψηλότερα, ἃ εὐσεβεῖ διανοίᾳ ἡ διηνεκὴς ἐφύλαξεν εἰρήνη. ἀπαγγελλέσθω παρ' ὑμῖν τὰ παρὰ τῶν ἀποστόλων προκηρυχθέντα· ὅτι οὐδέποτε * τοῦ βασιλέως τῶν βασιλευόντων ῥήματα τυραννικῆς ἐπιχρήσεως * ἠλάττωται, οὐδὲ κάμνειν ἠδυνήθη διὰ * πλαστολογίαν. ἡ δύναμις τῆς ἀληθείας ὑμᾶς * προπεμπέτω, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι· ἐκείνη μόνη προσκοπείσθω ἡ * γνώμη κατὰ τὴν φωνὴν Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, οὗ τὰ λείψανα παρόντες τετιμήκατε. ἔστω κοινὴ εὐχὴ πρὸς τὸν κύριον. οἴδαμεν ποία δύναμις τῆς θείας αὐτοῦ καὶ ἐσομένης παρουσίας ἔσται, παρακαλούσης ὁμοψύχως τοῦ τοσαύτης τῶν ἱερέων πλήθους· ἐπειδὴ * τούτοις ἐκεῖνος κινεῖν δεδύνηται, ἐν ᾧ ὁμογνωμόνως τοὺς δώδεκα ἀνέγνωμεν. τίς τῶν * δώδεκα ἡ αἴτησις δεομένων ἐγένετο; δηλαδὴ, ἵνα δέξωνται τὸν λόγον τοῦ θεοῦ λαλεῖν μετὰ παρρησίας, καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐνεργεῖν, ὧν, διδόντος Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, εἰλήφεισαν τὴν ἐξουσίαν. καὶ τῇ ὑμετέρᾳ νῦν ἁγίᾳ συνόδῳ τί ἐστιν ἄλλο αἰτεῖν;

Margin: Anno Christi 431. — *l. διδασκάλου — *l. [illegible]

ANNO CHRISTI 431.

ἢ γὰρ ὅπως μετὰ παῤῥησίας λαλήσητε τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ; καὶ * ταῦτα δέδωκε φυλάττειν, ὥσπερ καὶ κηρύττειν ἐχαρίσατο. καὶ πεπληρωμένοι πνεύματος ἁγίου, καθὰ γέγραπται, εἰ καὶ διαφόροις στόμασιν, ἓν ὅμως, ὅπερ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ἐδίδαξε, καὶ * προσίεται. τούτοις πᾶσι συντόνως * νενευρωμένοις· ἐπεί, καθά φησιν ὁ ἀπόστολος, εἰδόσι λαλῶ, καὶ λαλῶ σύνεσιν ἐν τοῖς τελείοις· ἐπαγωνίσασθε κανονικῇ πίστει, καὶ τῇ τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνῃ συνηγορήσατε, ἐπεὶ οὕτως εἴρηται καὶ τοῖς πάλαι, καὶ τοῖς νῦν, καὶ τοῖς μέλλουσι, παρακαλοῦντες καὶ σώζοντες τὰ εἰς εἰρήνην τῇ Ἱερουσαλήμ. ἀπεστείλαμεν, τὴν ἡμετέραν ἀναδεχομένοις φροντίδα, τοὺς ἁγίους ἀδελφοὺς καὶ συλλειτουργοὺς ἡμῶν, ὁμοψύχους ἡμῖν καὶ δεδοκιμασμένους, Ἀρκάδιον καὶ Προΐεκτον ἐπισκόπους, καὶ Φίλιππον τὸν ἡμέτερον πρεσβύτερον, οἳ τοῖς πραττομένοις παρέσονται, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν * πάλαι ὁρισθέντα ἐκβιβάσουσιν. οἷς παρασχεθῆναι παρὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος οὐκ ἀμφιβάλλομεν συγκατάθεσιν· * ἐπεὶ τοῦτο, ὅπερ * ἂν γνῶτε, δοκῇ ὑπὲρ τῆς πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἀμεριμνίας κεκρίσθαι.

*l. καὶ ταῦτα φυλάσσειν, ἅπερ καὶ κηρ.
*l. ἐξαζήλατε
*προσίεται.
*νενευρωμένοι,
*πάλιν
*l. ἐπεὶ τὸ πραττόμενον δόξῃ ὑπὲρ τῆς π. τ. ἐκ. ἀσφαλείας εὑρῆσθαι.
*ἀνέγνωτε, δοκεῖ

Πάντες οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἅμα ἀνεβόησαν· Αὕτη δικαία κρίσις· νέῳ Παύλῳ Κελεστίνῳ, νέῳ Παύλῳ Κυρίλλῳ, Κελεστίνῳ τῷ φύλακι τῆς πίστεως, Κελεστίνῳ τῷ ὁμοψύχῳ τῆς συνόδου, Κελεστίνῳ εὐχαριστεῖ πᾶσα ἡ σύνοδος· εἷς Κελεστῖνος· εἷς Κύριλλος· μία πίστις τῆς συνόδου· μία πίστις τῆς οἰκουμένης.

quam vt cum fiducia loquamini verbum Domini? quam ea ſeruare, quæ & prædicare conceſſit? vt repleti ſancto Spiritu, ſicut ſcriptum eſt, licet ore diuerſo, vnum tamen quod ipſe Spiritus docuit, proferatis. His omnibus breuiter animati, (quia, ſicut ait Apoſtolus, *ſcientibus legem loquor, & loquor ſapientiam inter perfectos*) adeſtote catholicæ fidei, & eccleſiarum quietem defendite, quia ſic dictum eſt & præteritis & præſentibus & futuris, rogantes atque ſeruantes *quæ ad pacem ſunt Ieruſalem.* Direximus pro noſtra ſolicitudine ſanctos fratres & conſacerdotes noſtros, vnanimes nobis & probatiſſimos viros, Arcadium & Proiectum epiſcopos, & Philippum presbyterum noſtrum, qui iis quæ aguntur, interſint, & quæ a nobis antea ſtatuta ſunt, exequantur. Quibus præſtandum a veſtra ſanctitate non dubitamus aſſenſum, quando id quod agitur, videatur pro vniuerſalis eccleſiæ ſecuritate decretum. Data VIII. Idus Maii, Baſſo & Antiocho conſ.

Ibid.
Rom. 7.
1. Cor. 2.
Pſal. 121.

Omnes reuerendiſſimi epiſcopi ſimul acclamauerunt: Hoc iuſtum iudicium. Nouo Paulo Cæleſtino, nouo Paulo Cyrillo, Cæleſtino cuſtodi fidei, Cæleſtino cum Synodo concordi, Cæleſtino vniuerſa Synodus gratias agit. Vnus Cæleſtinus, vnus Cyrillus, vna fides Synodi, vna fides orbis terrarum.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Προΐεκτος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβευτὴς εἶπε· Κατανοη-

*Interpretatio depoſitionis.*

Proiectus reuerendiſſimus epiſcopus & legatus dixit: Litera-

rum ſancti venerandique papæ Cæleſtini epiſcopi formam veſtra ſanctitas conſideret: qui ſanctitatem veſtram hortatus eſt, nō quaſi ignorantem docens, ſed tamquã gnaram commonefaciens, vt ea quæ & dudum ante definire, & nunc in memoriam reuocare dignatus eſt, iuxta communis fidei regulam, catholicæque eccleſiæ vtilitatem, ad finem numeris omnibus abſolutum deduci iubeatis.

Firmus Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus dixit: Apoſtolica & ſancta ſedes Cæleſtini ſanctiſſimi epiſcopi, per literas, quas ad religioſiſſimos epiſcopos, ad Cyrillum, inquam, Alexandrinum, & Iuuenalem Hieroſolymitanũ, & Rufum Theſſalonicenſem, necnon ad ſanctas Conſtantinopolis & Antiochiæ eccleſias miſit, etiam ante de præſenti negotio ſententiam regulamque præſcripſit: quam nos quoque ſecuti (cum terminus Neſtorio ad emendationem datus dudum iam præteriiſſet, multumque præterea temporis poſt noſtrum, iuxta religioſiſſimi imperatoris decretum, in Epheſiorum ciuitatem aduentum fluxiſſet, atq; hic non parum temporis commorati eſſemus, vt dies ab imperatore præfinitus, elapſus iam eſſet; quoniam Neſtorius a nobis citatus non paruit) formam illam executioni mandauimus, canonicum apoſtolicumque iudicium in illum proferentes.

*Interpretatio depoſitionis.*

Arcadius reuerendiſſimus epiſcopus & legatus dixit: Etſi tardus nauigationis progreſſus, aduerſaque tempeſtas nos maxime

σάτω ἡ ὑμετέρα ἁγιότης τὸν τύπον τῶν γραμμάτων τοῦ ἁγίου καὶ σεβασμίου πάπα Κελεστίνου τοῦ ἐπισκόπου, ὃς προετρέψατο τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, οὐχ ὡς ἀγνοοῦσαν διδάσκων, ἀλλ᾽ ὡς γινώσκουσαν ὑπομιμνήσκων· ἵνα ταῦτα, ἃ καὶ πάλαι ὥρισε, καὶ νῦν ὑπομνῆσαι κατηξίωσεν, εἰς πέρας κελεύσητε πληρέστατον ἄγεσθαι, κατὰ τὸν κανόνα τῆς κοινῆς πίστεως, καὶ κατὰ τὸ χρήσιμον τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.

Φίρμος ἐπίσκοπος Καισαρείας Καππαδοκίας εἶπε· Καὶ πρότερον ψῆφον τὸν ἐπέχε, καὶ τύπον τῷ πράγματι, ὁ ἀποστολικὸς καὶ ἅγιος θρόνος τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Κελεστίνου, διὰ γραμμάτων τῶν πρὸς τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, φημὶ δὴ Κύριλλον τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβενάλιον τὸν Ἱεροσολύμων, καὶ Ῥοῦφον τὸν τῆς Θεσσαλονικέων, καὶ πρὸς τὰς ἁγίας ἐκκλησίας, τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ· ᾧ ἀκολουθήσαντες καὶ ἡμεῖς, πάλαι τῆς προθεσμίας τῆς δεδομένης Νεστορίῳ εἰς διόρθωσιν, παρελθούσης, καὶ πολλῶν διαγενομένων χρόνων, ἐπὶ τὴν Ἐφεσίων καταλαβόμενοι, τοῦτο τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως προστάξαντος, καὶ ἐνταῦθα διατρίψαντες χρόνον οὐκ ὀλίγον, ὥστε καὶ τὴν παρὰ τοῦ βασιλέως παρελθεῖν* προθεσμίαν· ἐπεὶ προσκαλεσαμένων ἡμῶν Νεστόριον, οὐχ ὑπήκουσε, τὸν τύπον ἐξεβιβάσαμεν, κανονικὴν καὶ ἀποστολικὴν αὐτῷ κατανοήσαντες κρίσιν. *[illegible]

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Ἀρκάδιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβευτὴς εἶπεν· Εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἡμᾶς τὸ βραδὺς τοῦ *πλοὸς, καὶ τοῦ χειμῶνος ἡ ἐναντιότης κα- *πλοῦ,

ANNO CHRISTI 431.

πέρας, ἵνα εἰς τὸν τεταγμένον τόπον, ὥσπερ ἠλπίζομεν, ἀφικώμεθα· ὅμως κυβερνῶντος θεοῦ, καὶ τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, ἐνταῦθα τὸ ἡμῶν μέτριον * παρεγένετο· καὶ εὐχαριστοῦμεν αὐτῷ, ἐπὶ τὴν μακαριότητα τὴν ὑμετέραν εἰς ἕνα τόπον, καὶ εἰς μίαν πίστιν, μένουσαν εὕρομεν, μεριμνῶντάς τε ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ, ἣν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ ἑαυτοῦ αἵματι * περιεποιήσατο. διὰ τοῦτο αἰτοῦμεν τὴν μακαριότητα τὴν ὑμετέραν, ὅπως τὰ τετύπωται παρὰ τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, ἡμᾶς διδάσκεσθαι κελεύσητε.

* παραγέγονε,
* περιποίησατο.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Φίλιππος πρεσβύτερος καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπε· Χάριτας ὁμολογοῦμεν τῇ ἁγίᾳ καὶ σεβασμίᾳ συνόδῳ, ὅτι ἀναγινωσκομένων ὑμῖν τῶν γραμμάτων τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου πάπα ἡμῶν, τὰ ἅγια μέλη ταῖς ἁγίαις * ἡμῶν φωναῖς, τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ καὶ ταῖς ἁγίαις ὑμῶν ἐκβοήσεσιν ἐνηνόχατε. οὐ γὰρ ἀγνοεῖ ὑμῶν ἡ μακαριότης, ὅτι ἡ κεφαλὴ ὅλης τῆς πίστεως, ἢ καὶ τῶν ἀποστόλων, ὁ μακάριος Πέτρος ὁ ἀπόστολος. καὶ ἐπεὶ νῦν τὸ μέτριον τὸ ἡμέτερον πολλοῖς χειμῶσι καὶ * σκυλμῷ βραδύτερον παρεγένετο, διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν, τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ πρὸ τῆς ἡμῶν ἀφίξεως πεπραγμένα ἡμῖν φανερωθῆναι κελεύσητε· ἵνα κατὰ τὴν γνώμην τοῦ μακαρίου πάπα ἡμῶν, ἔτι γε μὴν καὶ τοῦ παρόντος ἁγίου συλλόγου, καὶ ἡμεῖς ὁμοίως τῇ αὐτῶν καταθέσει βεβαιώσωμεν.

* ὑμῶν
* ἐσκυλμένην

Θεόδοτος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας εἶπε· Δικαίαν τῆς ἁγίας συνόδου τὴν ψῆφον * ἔδειξεν ὁ τῶν ὅλων θεὸς τῇ ἐπιφοιτήσει τῶν γραμμάτων τοῦ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Κελεστίνου, καὶ τῇ

* ἀπέδειξεν

detinuerit, ita vt, ſicuti ſpes erat, ad deſtinatum locum venire nequiuerimus; attamen Dei gubernatione, veſtræque beatitudinis, noſtra mediocritas huc applicuit: ipſique gratias agimus, quod beatitudinem veſtram vno in loco, & vna in fide manentem, & pro eccleſia Dei, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanguine ſuo acquiſiuit, ſolicitam inuenerimus. Quapropter veſtram beatitudinem rogatam cupimus, vt quæ a veſtra ſanctitate decreta ſunt, ea nobis exponi iubeatis. *Act. 20.*

*Interpretatio depoſitionis.*

Philippus preſbyter, & apoſtolicæ ſedis legatus dixit: Gratias agimus ſanctæ venerandæque Synodo, quod literis ſancti beatique papæ noſtri vobis recitatis, ſancta membra ſanctis veſtris vocibus, ſancto capiti, ſanctis etiam veſtris exclamationibus, vos adiunxeritis. Non enim ignorat veſtra beatitudo, totius fidei, vel etiam apoſtolorum caput eſſe beatum apoſtolum Petrum. Proinde cum noſtra mediocritas multis tempeſtatibus iactata & vexata ſerius acceſſerit, rogamus vt ea nobis patefieri mandetis, quæ ante aduentum noſtrum in ſancta hac Synodo acta ſunt; quo iuxta beati papæ noſtri, præſentiſque huius ſancti cœtus ſententiam, nos quoque confirmemus, conformiter eorum depoſitioni.

Theodotus Ancyræ epiſcopus dixit: Iuſtam eſſe ſanctæ Synodi ſententiam demonſtrauit vniuerſorum Deus per literas Cæleſtini religioſiſſimi epiſcopi huc

allatas, & per veſtræ pietatis aduentum. Nam Cæleſtini epiſcopi ſanctiſſimi & beatiſſimi zelum, & in piam fidem ſtudium demonſtraſtis. Quoniam vero iuſta ratione permota veſtra beatitudo, ex ipſis actorum commentariis intelligere quæſiuit de Neſtorii depoſitione; iuſtam ſententiam, ſanctæque Synodi zelum & conſenſum in fide, quam piiſſimus & ſanctiſſimus epiſcopus Cæleſtinus magna voce deprædicat, veſtra reuerentia plane certoq; cognoſcet: quod fiet vbi hoc etiam quod vobis ſatisfactum ſit, & reliqua præſenti actioni addentur.

παρουσίᾳ τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας. τόν τε γὰρ ζῆλον τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου Κελεστίνου ἐπισκόπου ἐδείξατε, καὶ τὴν περὶ τὴν εὐσεβῆ πίστιν σπουδήν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ πεπραγμένα ἐπεζήτησεν εὐλόγως καταμαθεῖν ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια, ἐξ αὐτῶν τῶν πεπραγμένων ὑπομνημάτων ἐπὶ τῷ καθῃρημένῳ Νεστορίῳ πληροφορηθήσεται ὑμῶν ἡ εὐλάβεια τῆς ψήφου τὸ δίκαιον, καὶ τῆς ἁγίας συνόδου τόν τε ζῆλον, καὶ τὴν συμφωνίαν τῆς πίστεως, ἣν καὶ ὁ θεοσεβέστατος καὶ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κελεστῖνος μεγάλῃ κηρύττει τῇ φωνῇ, δηλαδὴ μετὰ τὴν ὑμετέραν πληροφορίαν, καὶ τῶν ὑπολοίπων τῇ πράξει τῇ νῦν προστιθεμένων.

ANNO CHRISTI 431.

---

# EPISTOLA CÆLESTINI PAPÆ
## AD THEODOSIVM IMPERATOREM.

*Cæleſtinus epiſcopus Theodoſio Aug.*

SVFFICIAT licet, quod ſolicitudo veſtræ clementiæ circa fidei catholicæ defenſionem, cui pro Chriſti Dei noſtri amore, qui veſtri imperii rector eſt, adeſſe modis omnibus feſtinatis, integram immaculatamque eam, prauorum dogmatum damnato errore, ſeruatis; in hoc ſemper munimen veſtri conſtituentes imperii, ſcientes regnum veſtrum ſanctæ religionis obſeruantia communitum firmius duraturum: ſed huic cæleſti curæ vel gloriæ vnuſquiſque noſtrum pro ſacerdotali officio operam noſtram, in quantum valemus, impendimus, & huic Synodo, quam eſſe iuſſiſtis, noſtram præſentiam in his quos miſimus, exhibemus, pietatem veſtram ſub diuini obſecrantes obteſtatione iudicii, ne quid turbidæ nouitati licere veſtra manſuetudo permittat, neve facultas aliqua his qui diuinæ maieſtatis potentiam in humanæ diſputationis rationem artare contendunt, quo perturbetur pax eccleſiaſtica, tribuatur. Maior vobis fidei cauſa debet eſſe, quam regni: ampliuſque pro pace eccleſiarum clementia veſtra

Anno Christi 431. debet eſſe ſolicita, quam pro omnium ſecuritate terrarum. Subſequuntur enim omnia proſpera, ſi primitus quæ Deo ſunt cariora ſeruentur. Abraham fide floruit, omnemque orbem gloria ſuæ proſperitatis impleuit. Moyſes populi liberator, zelo * Domini contra eos, ſi quos a Dei cultu receſſiſſe probarat, armauit. Dauid regem ſua præcepta ſeruantem, in regno, vt ille inimicos ſuos ſubderet, Dominus cuſtodiuit. His rogo exemplorum vallati præſidio, fide, obſeruatione, virtute, vniuerſalis eccleſiæ in Deum noſtrum piiſſimum cultum, ne ſibi aliquid diſſenſio vindicet, cuſtodite. Pro veſtri enim imperii * geritur, quidquid pro quiete eccleſiæ, vel ſanctæ religionis reuerentia laboratur. Hæc glorioſiſſime & tranquilliſſime imperator Auguſte, * quæ in veſtro corde eſſe nouimus, Deum illic ineſſe non dubii, auguſtis etiam auribus per fratres & coepiſcopos meos Arcadium & Proiectum, & compresbyterum meum Philippum, quos miſimus, intimamus; hoc a pietate veſtra ſuppliciter depoſcentes, quod vos habere credamus in votis; vt quod a Deo petitis, hoc in fide ipſius cauſa præſtetis. Data Idibus Maiarum, Baſſo & Antiocho conſ.

*f. ſe

*f.d. ſalute

*quia

## EIVSDEM CÆLESTINI PAPÆ AD CYRILLVM EPISCOPVM ALEXANDRINVM EPISTOLA.

*Cæleſtinus epiſcopus Cyrillo epiſcopo Alexandrino.*

INTELLIGO ſententiam ſapientiſſimi Salomonis impletam. Non enim aliter quam ſitiens aquam frigidam, de terra longinqua iteratum nuntium per literas tuæ dilectionis accepi, quæ nos inuicem noſtri conſilii participatione coniungunt. Indifficulter eſt eccleſiarum & catholicæ fidei ſperanda tranquillitas, quando pro hac elaborare Chriſtianiſſimos principes ſic videmus. Non eſt ineffi- cax in diuinis maxime cauſis cura regalis, quæ pertinet ad Deum, qui fideliter tenet corda regnantium. Itaque breuiter reſponſum tuæ reddimus ſanctitati. Etenim quæris, vtrum ſancta Synodus recipere debeat hominem a ſe prædicata damnantem: an, quia induciarum tempus emenſum eſt, ſententia dudum lata perduret. Super hæc vtri-

Prou. 25. v. 25.

Prou. 25. v. 1.

que conſultatione communi communem Dominum cō- ANNO CHRISTI 431.
ſulamus. Nonne nobis reſpondet illico per prophetam, mortem ſe nolle morientis : & per apoſtolum Paulum, omnem hominem velle ſaluum fieri, & venire ad ſcientiam veritatis ? Nunquam diſplicet Deo accelerata in quocumque correctio. Tuæ ſit hoc ſanctitatis cum venerando fratrum Concilio, vt orti in eccleſia ſtrepitus comprimantur, & finitum Deo * iuuante negotium votiua correctione diſcamus. Conuentui autem nos deeſſe non dicimus: neque enim ab his abſentes eſſe poſſumus, quibus nos vbicumque * poſitis, fides tamen vna coniungit. Nolo nos corpore iſto cenſeri, cuius præſentiam Apoſtolus aſſignat infirmam. Illic ſumus, quidquid illic pro omnibus agitur, cogitamus; ſpiritaliter agimus quod corporaliter agere non videmur. Studeo quieti catholicæ, ſtudeo pereuntis ſaluti; ſi tamen voluerit ægritudinem conſiteri. Quod ideo dicimus, ne volenti ſe corrigere forſitan deeſſe videamur. Nam ſi & nobis ſuſtinentibus vuam, ſpinas ſibi addiderit; impleatur, manentibus ſtatutis prioribus, ſui fructu iudicii; colligat quod ſulco diabolico ſeminauit, non noſtro conſilio, ſed ſe periturus auctore. Probet nos veloces pedes ad effundendum ſanguinem non habere, quando ſibi etiam remedium cognoſcat oblatum. His autem, quos erga catholicam fidem tua fraternitas dicit ſe habere ſuſpectos, ſi ſcripta direxerint, pro qualitate rerum eis nos reſpondere neceſſe eſt: in quo negotio nemo * ſubripiet, quia tota cautione tractatur. Datum Nonis Maiarum, Baſſo & Antiocho v v. c c. conſ.

*Ezech.* 18. *v.* 32. *1. Tim.* 2. *v.* 4.
*annuēte
*poſitos
2. *Cor.* 10. *v.* 10.
*Iſai.* 5.
*Pſal.* 13.
* *f.* ſubrepet.

## ACTIO TERTIA.

POST conſulatum dominorum noſtrorum ſemper Auguſtorum, Flauii Theodoſii XIII. & Valentiniani III. quinto Idus Iulias, qui Ægyptiis eſt decimusſeptimus Epiphi, poſtero die eadem ſancta Synodo ad eumdem locum conueniente, piiſſimiſque ac Deo dilectiſſimis epiſcopis

## ΠΡΑΞΙΣ ΤΡΙΤΗ.

ΤΟΙΣ μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν δεσποτῶν ἡμῶν, Φλαυΐου Θεοδοσίου τὸ τρεισκαιδέκατον, καὶ Φλαυΐου Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, τῇ πρὸ πέντε εἰδῶν Ἰουλίων, ἥτις ἐστὶ κατ' Αἰγυπτίους Ἐπιφὶ ιζ'. τῇ ἐπαύριον τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου συνελθούσης ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, καὶ καθεσθέντων τῶν θεοφιλεστάτων καὶ θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων,

ANNO CHRISTI 431.

πων, Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων Ἀρκαδίῳ καὶ Προϊέκτῳ εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις, καὶ Φιλίππῳ εὐλαβεστάτῳ πρεσβυτέρῳ εἶπε· Κατὰ τὴν χθὲς ἡμέραν συνεδρευούσης τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μεγάλης συνόδου, ἡ θεοσέβεια ὑμῶν παροῦσα, μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν γραμμάτων τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου τῆς μεγάλης Ῥώμης Κελεστίνου, ᾔτησε τὰ ὑπομνήματα τὰ πραχθέντα ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου ἀναγνωσθῆναι· ἀκολούθως ἡ ἁγία σύνοδος τοῦτο γενέσθαι ἐτύπωσεν. εἰ οὖν ἀνέγνω, καὶ μεμάθηκε τὴν ἐν αὐτοῖς δύναμιν ἡ ὑμετέρα ἁγιότης, τοῦτο διδάξαι καταξιώσει.

Φίλιππος πρεσβύτερος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπε· Πεφανέρωται μὲν ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν πεπραγμένων τὰ κατὰ Νεστορίου ὁρισθέντα ἐν τῷ ἁγίῳ συλλόγῳ ὑμῶν· ἐν οἷς ὑπομνήμασιν ἔγνωμεν, πάντα κανονικῶς καὶ κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἐπιστήμην κεκρίσθαι. ἀλλὰ καὶ νῦν αἰτοῦμεν τὸν ὑμέτερον στέφανον, εἰ καὶ ἐκ περιττοῦ, τὰ αὐτὰ καὶ ἀναγνωσθέντα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ συνόδῳ, αὖθις ἡμῖν ἀναγνωσθῆναι· ὅπως ἡμεῖς ἀκολουθήσαντες τῷ τύπῳ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Κελεστίνου, τοῦ ταύτην ἡμῖν τὴν φροντίδα ἐγχειρίσαντος, ἔτι γε μὴν καὶ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης, δυνηθῶμεν τὰ κεκριμένα βεβαιῶσαι.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Ἀρκάδιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπε· Χάριτας ὁμολογοῦμεν τῇ ὑμετέρᾳ μακαριότητι, ὅτι τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιθυμίᾳ καὶ τῇ αἰτήσει τὸ ἱκανὸν *ἐποιήσατε ἀπὸ τῶν πεπραγμένων. καὶ νῦν ὁρισάτω ἡ ὑμετέρα μακαριότης, ὅπως ἀκολουθήσαντες τῷ τύπῳ τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος,

*πεπίναι

conſidentibus, Iuuenalis Hieroſolymorum epiſcopus Arcadio & Proiecto reuerendiſſimis epiſcopis, & Philippo reuerendiſſimo preſbytero dixit: Heſterno die conſidente ſancta hac & magna Synodo, cum veſtra pietas adeſſet, poſt lectas literas ſanctiſſimi ac beatiſſimi magnæ Romæ epiſcopi Cæleſtini, poſtulauit, vt cõmentarii acti in depoſitione hæretici Neſtorii legerentur: idque conſequenter ſancta Synodus fieri præcepit. Sanctitas igitur veſtra docere dignetur, num legerit, ac perceperit vim eorum.

Philippus preſbyter, & legatus apoſtolicæ ſedis dixit: Ex actorũ lectione cognouimus quæ in Neſtorium conſtituta ſunt in ſancto veſtro Concilio. In quibus commentariis intelleximus, omnia canonice, & ex eccleſiaſtica diſciplina iudicata eſſe. Ac nunc quoque petimus a corona veſtra, quamuis ſuperuacaneum ſit, vt quæ in veſtra Synodo lecta ſunt, rurſum nobis etiam eadem legantur; vt ſequentes formulam ſanctiſſimi papæ Cæleſtini, qui hanc curam nobis commiſit, & veſtræ etiam ſanctitatis, iudicia veſtra confirmare poſſimus.

*Interpretatio depoſitionis.*

Arcadius reuerendiſſimus epiſcopus, & legatus ſedis apoſtolicæ dixit: Beatitudini veſtræ gratias agimus, quod noſtro deſiderio ac poſtulato ſatis ex actis feceritis. Ac nunc veſtra beatitudo iubeat, vt ſequentes ſanctitatis veſtræ formulam, edo-

ceri poſſimus quæ a vobis definita ſunt.

Memnon epiſcopus Epheſiorum dixit: Nihil prohibet, quo minus ex poſtulato ſanctiſſimorum epiſcoporum Arcadii & Proiecti, & reuerendiſſimi, ac Deo amabiliſſimi presbyteri Philippi, legatorum apoſtolicæ ſedis magnæ Romæ, iterum etiam legantur acta in Neſtorii hæretici depoſitione. Rurſus ergo legantur.

Petrus presbyter Alexandrinus, & primicerius notariorum legit.

Poſt conſulatum dominorum noſtrorũ Flauii Theodoſii XIII. & Flauii Valentiniani III. ſemper Auguſtorum, decimo Kalend. Iulii, vigeſimo octauo die Pauni iuxta Ægyptios, Synodo in Epheſiorum metropoli congregata ex decreto Deo amabiliſſimorum, & Chriſti amantium imperatorum, ſedentibus in ſanctiſſima eccleſia, quæ appellatur Maria, reuerendiſſimis & ſanctiſſimis epiſcopis, Cyrillo Alexandriæ, qui etiam locum obtinebat ſanctiſſimi ac beatiſſimi Cæleſtini archiepiſcopi Romanæ eccleſiæ, & Iuuenali Hieroſolymorum, & Memnone Epheſiorum, & Flauiano Philippenſium, qui etiam locum tenebat Rufi reuerendiſſimi epiſcopi Theſſalonicenſium, & Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ.

Poſt cetera ſancta Synodus dixit: Cum præter alia, impiiſſimus Neſtorius neque noſtræ citationi obedire, neque ſanctiſſimos religioſiſſimoſque epiſcopos a nobis deſtinatos admittere voluerit, ad examinandam impiam

διδαχθῆναι δυνηθῶμεν τὰ ὁρισθέντα παρ' ὑμῶν.

Μέμνων ἐπίσκοπος Ἐφεσίων εἶπεν· Οὐδὲν κωλύει κατὰ τὴν αἴτησιν τῶν ἁγιωτάτων καὶ ὁσιωτάτων ἐπισκόπων, Ἀρκαδίου καὶ Προϊέκτου, καὶ τοῦ εὐλαβεστάτου καὶ θεοφιλεστάτου πρεσβυτέρου Φιλίππου τῶν ἀποστολικῆς καθέδρας τῆς μεγάλης Ῥώμης, καὶ δεύτερον πάλιν ἀναγνωσθῆναι τὰ πεπραγμένα ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Νεστορίου τοῦ αἱρετικοῦ. ὅθεν καὶ αὖθις ἀναγινωσκέσθωσαν.

Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμικήριος νοταρίων ἀνέγνω.

Τοῖς μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν δεσποτῶν ἡμῶν, Φλαυΐου Θεοδοσίου τὸ τρισκαιδέκατον, καὶ Φλαυΐου Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, τῇ πρὸ δέκα καλανδῶν Ἰουλίων, Παυνὶ εἰκάδι ὀγδόῃ κατ' Αἰγυπτίους, συνόδου συγκροτηθείσης ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει ἐκ θεσπίσματος τῶν θεοφιλεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, καθεσθέντων ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ καλουμένῃ Μαρίᾳ, τῶν θεοσεβεστάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, διέποντος καὶ τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Κελεστίνου, καὶ Ἰουβεναλίου Ἱεροσολύμων, καὶ Μέμνονος τῆς Ἐφεσίων, καὶ Φλαυιανοῦ Φιλίππων, ἐπέχοντος καὶ τὸν τόπον Ῥούφου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Θεσσαλονικέων, καὶ Θεοδότου Ἀγκύρας Γαλατίας πρώτης.

Μετὰ τὰ ἑξῆς, ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· Πρὸς τοῖς ἄλλοις μήτε ὑπακοῦσαι βουληθέντος τοῦ * ἀσεβεστάτου Νεστορίου τῇ παρ' ἡμῶν κλήσει, μήτε μὴν τοὺς παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντας ἁγιωτάτους καὶ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους προσδεξαμένου, ἀναγκαίως ἐχωρήσαμεν ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν

* δυσσεβεστάτου

Anno Christi 431.

τῶν δυσσεβῶς λεχθέντων παρ' αὐτοῦ· καὶ φωράσαντες αὐτὸν ἔκ τε τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν συγγραμμάτων τῶν ἀναγνωσθέντων, καὶ ἐκ τῶν ἀρτίως παρ' αὐτοῦ ῥηθέντων κατὰ τήνδε τὴν μητρόπολιν, καὶ προσμαρτυρηθέντων, δυσσεβῶς φρονοῦντα καὶ κηρύττοντα, ἀναγκαίως κινηθέντες ἀπό τε τῶν κανόνων, καὶ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγιωτάτου πατρὸς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ Κελεστίνου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, δακρύσαντες πολλάκις, ἐπὶ ταύτην τὴν σκυθρωπὴν κατ' αὐτοῦ ἐχωρήσαμεν ἀπόφασιν. ὁ βλασφημηθεὶς τοίνυν παρ' αὐτοῦ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὥρισε διὰ τῆς παρούσης ἁγιωτάτης συνόδου, ἀλλότριον εἶναι τὸν αὐτὸν Νεστόριον τοῦ τε ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος καὶ παντὸς συλλόγου ἱερατικοῦ.

Καὶ ἑξῆς αἱ ὑπογραφαὶ τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων.

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Φίλιππος πρεσβύτερος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπεν· Οὐδενὶ ἀμφίβολόν ἐστι, μᾶλλον δὲ πᾶσι τοῖς αἰῶσιν ἐγνώσθη, ὅτι ὁ ἅγιος καὶ μακαριώτατος Πέτρος, ὁ ἔξαρχος καὶ κεφαλὴ τῶν ἀποστόλων, ὁ κίων τῆς πίστεως, ὁ θεμέλιος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἀπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος καὶ λυτρωτοῦ τοῦ γένους τοῦ ἀνθρωπίνου τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας ἐδέξατο· καὶ αὐτῷ δέδοται ἐξουσία τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν ἁμαρτίας· ὅστις ἕως τοῦ νῦν καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς αὐτοῦ διαδόχοις καὶ ζῇ, καὶ δικάζει. τούτου τοιγαροῦν κατὰ τάξιν ὁ διάδοχος καὶ τοποτηρητὴς, ὁ ἅγιος καὶ μακαριώτατος πάπας ἡμῶν Κελεστῖνος ὁ ἐπίσκοπος εἰς ταύτην τὴν ἁγίαν σύνοδον διαδόχους

eius doctrinam neceſſario deuenimus. Deprehendentes itaque partim ex literis commentariiſque ipſius hic publice lectis, partim ex ſermonibus, quos paulo ante in hac metropoli habuerat, quiq; teſtimoniis comperti ſunt, ipſum impie ſapere & prædicare: coacti per ſacros Canones, & epiſtolam ſanctiſſimi patris noſtri & comminiſtri Cæleſtini Romanæ eccleſiæ epiſcopi, lacrymis ſubinde perfuſi, ad lugubrem hanc contra eum ſententiam neceſſario venimus. Igitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus blaſphemis illius vocibus impetitus, per ſanctiſſimam hanc Synodum eumdem Neſtorium epiſcopali dignitate priuatum, & ab vniuerſo ſacerdotum conſortio & cœtu alienum eſſe definiuit.

Sequuntur deinceps ſubſcriptiones reuerendiſſimorum epiſcoporum.

*Interpretatio depoſitionis.*

Philippus preſbyter, & apoſtolicæ ſedis legatus dixit: Nulli dubium, imo ſæculis omnibus notum eſt, quod ſanctus beatiſſimuſque Petrus apoſtolorum princeps & caput, fideique columna, & eccleſiæ catholicæ fundamentum, a Domino noſtro Ieſu Chriſto, ſaluatore humani generis ac redemptore, claues regni accepit, ſoluendique ac ligandi peccata poteſtas ipſi data eſt: qui ad hoc vſque tempus, & ſemper in ſuis ſucceſſoribus viuit, & iudicium exercet. Huius itaque ſecundum ordinem ſucceſſor & locum tenens, ſanctus beatiſſimuſque papa noſter Cæleſtinus epiſcopus, nos ipſius præſentiam ſupplentes,

ad hanc ſanctam Synodum miſit: quam quidem Synodum conuenire iuſſerunt humaniſſimi Chriſtianiſſimique imperatores, memoria retinentes, & perpetuo cuſtodientes fidem catholicam; qui & apoſtolicam doctrinam a piiſſimis humaniſſimiſque ſanctæ memoriæ auis & patribus ipſorum traditam ſibi hucuſque cuſtodierunt, & cuſtodiunt. Synodum ergo, vt ſupra diximus, indixerunt, id vnum ſpectantes ac ſatagentes, vt fides catholica, a ſæculis hactenus conſeruata, ſic perpetuo immota perſeueret. Neſtorius itaque nouæ peruerſitatis auctor, atque malorum caput, ſicuti e ſynodalibus actis accepimus, vocatus, ac admonitus ſecundum patrum decreta, videlicet ſecundum Canonum diſciplinam, iudicio ſe ſiſtere contempſit; cum tamen, vt ſpiritali remedio ſanitatem reciperet, tanto ſancto cœtui vltro ſeſe offerre debuiſſet: ſed cauteriatam habens conſcientiã, quamuis legitime, & ſecundum Canonum diſciplinam, vt ante dixi, commonefactus, ad ſanctam hanc Synodum accedere recuſauit: neque terminum tantum ab apoſtolica ſede ſibi conceſſum, ſed alia præterea multa temporum interualla fluere permiſit. Firmum ergo eſt iuxta omnium eccleſiarum decretum (nam orientalis & occidentalis eccleſiæ ſacerdotes vel per ſe, vel certe per ſuos legatos, ſacerdotali huic conſeſſui interſunt) quod in ipſum pronuntiatum eſt, qui impio ore & hoſtili ſpiritu blaſphemas voces depromere contra Dominum noſtrum

ἡμᾶς τῆς ἑαυτοῦ προσουσίας ἀπέστειλεν. ἣν ἵνα σύνοδον οἱ χριστιανικώτατοι καὶ φιλανθρωπότατοι βασιλεῖς ὥρισαν, μνημονεύοντες, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς φυλάττοντες τὴν καθολικὴν πίστιν· οἳ καὶ τὴν διδασκαλίαν τὴν ἀποστολικὴν, τὴν ἀπὸ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλανθρωποτάτων τῆς ἁγίας μνήμης πάππων καὶ πατέρων αὐτῶν ἕως νῦν αὐτοῖς παραδεδομένην ἐφύλαξαν, καὶ φυλάττουσι· φροντίζοντες τοίνυν, ὡς προειρήκαμεν, σύνοδον ὥρισαν, ἵνα ἡ πίστις ἡ καθολικὴ, ἥτις ἀπὸ τῶν αἰώνων ἕως νῦν πεφύλακται, οὕτω καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς ἀσάλευτος διαμένοι. Νεστόριος τοίνυν, ὁ τῆς καινῆς διαστροφῆς ἀρχηγὸς, καὶ κεφαλὴ τῶν κακῶν, κληθεὶς καὶ ὑπομνησθεὶς, καθὼς ἐκ τῶν πεπραγμένων συνοδικῶν ἡμῖν * πεφανέρωται, κατὰ τοὺς τύπους τῶν πατέρων, ἤτοι κατὰ τὴν τῶν κανόνων ἐπιστήμην, εἰς τὴν δίκην ἐλθεῖν κατεφρόνησεν. ὃς αὐθαιρέτως ἑαυτὸν προσενεγκεῖν ὤφειλε τῷ τοσούτῳ ἁγίῳ συλλόγῳ, ἵνα τῇ πνευματικῇ θεραπείᾳ τὴν ὑγείαν δέξηται· ἀλλὰ κεκαυστηριασμένην ἔχων τὴν συνείδησιν, εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον ὑπομνησθεὶς, ὡς προείρηκα, κανονικῶς καὶ κατὰ τὴν τῶν κανόνων ἐπιστήμην, παρεῖναι οὐκ ἠθέλησε· καὶ τὴν ὑπέρθεσιν δὲ, οὐ μόνον τὴν ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας συγχωρηθεῖσαν, ἀλλὰ καὶ καιρῶν πολλὰ διαστήματα * παρεληλυθέναι. ἀσφαλές ἐστι τοιγαροῦν τὸ ἐξενεχθὲν κατ᾽ ἐκείνου, ὅς τις πνεύματι πολεμίῳ, καὶ στόματι ἀσεβεῖ κατὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐτόλμησεν εἰσενεγκεῖν βλασφημίαν, κατὰ τὸν τύπον πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, ἐπειδὴ συνεστήκασιν ἐν τούτῳ τῷ ἱερατικῷ συλλόγῳ διά τε τῶν παρόντων, διά τε τῶν πρεσβυτῶν, τῶν ἀπὸ τῆς ἀνατολικῆς τε καὶ δυ-

ANNO CHRISTI 431.

* [illegible]

* [illegible]

Anno Christi 431.

γικῆς ἐκκλησίας οἱ παρόντες ἱερεῖς. διὰ τοι τοῦτο ἀκολουθήσασα τοῖς τύποις τῶν πατέρων καὶ ἡ παροῦσα ἁγία σύνοδος ὥρισε κατὰ τοῦ βλασφήμου καὶ προπετοῦς προσενέγκασα ἀπόφασιν, ὥστε τὸν μὴ αἰδεσθέντα τὴν διόρθωσιν, μετ' ἐκείνου τὴν μερίδα ἔχειν, περὶ οὗ γέγραπται· τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λήψεται ἕτερος. ὅθεν γινωσκέτω Νεστόριος, ἀλλότριον ἑαυτὸν εἶναι τῆς κοινωνίας τῆς ἱερωσύνης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.

Ερμηνεία τῆς καταθέσεως.

Αρκάδιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπε· * Πολυθρύλλητος ἡμῖν, καὶ δακρύων μεστὴ λύπη καὶ ἀνία ἀπὸ τοῦ τύπου τῆς * ἡμετέρας ἱερωσύνης * καὶ Νεστορίου· ὃς παρασταθεὶς τοῖς γράμμασι τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, ἔπι γε μὴν καὶ τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, ἀπὸ τοῦ φαύλου δόγματος, καὶ τῆς κακοθελοῦς γνώμης, πλανᾶσθαι βουλόμενος, ὡς καὶ ἡ ἀπόφασις ἡ κατ' αὐτοῦ ἐξενεχθεῖσα πεφανέρωται· ὃς καὶ μὴ σκοπήσας ἑαυτῷ καιρὸν εἶναι διορθώσεως, καὶ τὸν τύπον τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας οὐκ ἐδέξατο, ὑπόμνησίν τε, καὶ προτροπήν, δι' ἧς ὑγιὴς γίνεται, πάντων τῶν ἁγίων ἱερέων· εἰς τοσαύτην γὰρ ἐλήλακεν ἀσέβειαν, ὥστε εἰς τὸν ποιητὴν καὶ λυτρωτὴν τὸν ἑαυτοῦ, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, καὶ σωτῆρα τοῦ γένους τοῦ ἀνθρωπίνου, πλήρη βλασφημίας προενεγκεῖν ἐτόλμησε διδασκαλίαν· ὥστε τὰς καλῶς κανονισθείσας, καὶ θεῷ ἡρμοσμένας διανοίας τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, ὡς ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὀλισθήσας ὑπεισελθεῖν· ἀμνημονήσας πρῶτον τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς, καὶ ἀγνωσίαν νοσήσας τῶν πατρικῶν παραδόσεων· ἀμνημονήσας δὲ καὶ τῆς κη-

* Πολυθρήνητος
* ὑμετέρας
* ἴσως, καὶ

Ieſum Chriſtum non eſt veritus. Propterea patrum ſanctiones ſecuta præſens ſancta Synodus, aduerſus impium temerariumque Neſtorium lata ſententia definiuit, vt is qui emendationem ſpreuit, cum eo partem habeat, de quo ſcriptum eſt: Et epiſcopatum eius accipiat alter. Quamobrem intelligat Neſtorius, ſe a communione ſacerdotii eccleſiæ catholicæ alienum eſſe. *Act. 1. ex Pſal. 108.*

## *Interpretatio depoſitionis.*

Arcadius reuerendiſſimus epiſcopus, & apoſtolicæ ſedis legatus dixit: Ingentem luctum, triſtitiamque lacrymis plenam, ac moleſtiam, ſacerdotii veſtri ſententia, & ipſe Neſtorius nobis attulit: qui per literas apoſtolicæ ſedis, ac veſtræ quoque beatitudinis admonitus ob peruerſum dogma, prauamque opinionem, errare volens, (quemadmodum id lata in illum ſententia ſatis aperte oſtendit) quique non attendens oblatam ſibi correctionis occaſionem, apoſtolicæ ſedis præceptum contempſit, & omnium ſanctorum ſacerdotum admonitionem & adhortationem, qua ſanitatem recuperare poterat, reſpuit: in tantam enim progreſſus eſt impietatem, vt in ſuum quoque creatorem ac redemptorem, humanique generis ſaluatorem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, doctrinam blaſphemiæ plenam depromere non dubitarit, menteſque hominum recte informatas, Deoque coaptatas, veluti ſerpens antiquus, ſubrepens deceperit; ſuæ primum ſalutis, æternæque vitæ oblitus, & paternarum traditionum ignoratione la-

borans, tum propheticarum [ de Chriſto ] prædicationum, euangelicarumque & apoſtolicarum immemor traditionum, ſua ſemetipſum incredulitate in præcipitium dedit. Et quoniam ipſe ſua ſponte ſeipſum a nobis alienum exulemque reddidit; propterea nos etiam ſecuti ſanctiones iam inde ab initio traditas a ſanctis apoſtolis, & ab eccleſia catholica (hoc enim docuerunt, quod a Domino noſtro Ieſu Chriſto acceperant) nec non ſecuti formam Cæleſtini ſanctiſſimi papæ apoſtolicæ ſedis, qui nos dignatus eſt huius negotii executores ſuos mittere, & ſanctæ Synodi decreta; cognoſcat Neſtorius, ſe epiſcopali dignitate exutum, atque a tota eccleſia, & communione omnium ſacerdotum alienum eſſe.

## *Interpretatio depoſitionis.*

Proiectus epiſcopus, & eccleſiæ Romanæ legatus dixit: Clariſſime ex eorum lectione, quæ in hac ſancta, Deoque deuotiſſima tot tantorumq; Dei ſacerdotum Synodo acta ſunt, conſtat Neſtorium, tamquam ingratum (poſteaquam tantam ſancti papæ Cæleſtini, ſanctæ & apoſtolicæ ſedis vrbis Romæ epiſcopi, necnon præſentium reuerendiſſimorum patrum & fratrum Domini epiſcoporum, tolerantiam & clementiam erga ſe expertus eſt,) apoſtaſiam & blaſphemiam ad ſuum interitum conſectatum. Cum igitur contra fidem euangelicam, apoſtolicamque doctrinam, quæ per vniuerſam vbique eccleſiam catholicam confirmata

ῥύγματος τῶν προφητῶν, ἔτι γε μὴν καὶ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων, αὐτὸς ἑαυτὸν τῇ ἰδίᾳ ἀπιστίᾳ κατεκρήμνισε. καὶ ἐπεὶ αὐτὸς ἑαυτὸν διὰ τῆς οἰκείας γνώμης ἀλλότριον ἡμῶν καὶ ἐξόριστον πεποίηκε, διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἀκολουθοῦντες τοῖς ὅροις τοῖς ἄνωθεν ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας παραδοθεῖσιν· ἐπεὶ τοῦτο ἐδίδαξαν, ὃ καὶ παρὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰλήφασιν· ἀκολουθήσαντες δὲ καὶ τοῖς τύποις τοῦ ἁγιωτάτου πάπα τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας Κελεστίνου, ὃς ἡμᾶς ἐδικαίωσε ταύτῃ τῇ *ὑποθέσει, καὶ ἐκβιβαστὰς ἑαυτοῦ ἐξαπέστειλε, καὶ τῆς ἁγίας συνόδου τοῖς δόγμασι· γινωσκέτω ἑαυτὸν Νεστόριος τῆς ἀξίας τῆς ἐπισκοπῆς γεγυμνῶσθαι, καὶ ἀλλότριον ἑαυτὸν πάσης ἐκκλησίας καθολικῆς, καὶ κοινωνίας πάντων τῶν ἱερέων.

* ὑποθέσει ἐκβιβαστὰς ἑαυτοῦ ἀπ[illegible]

## Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Προΐεκτος ἐπίσκοπος, ληγάτος καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἐκκλησίας Ῥωμαίων, εἶπε· Πάνυ φανερῶς ἀπὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν πεπραγμένων ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ καὶ θεοφιλεστάτῃ τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων τοῦ θεοῦ ἱερέων, ἐγνώσθη Νεστόριος ὥς τις ἀχάριστος, τοσαύτης τυχὼν ἀνεξικακίας ἀπό τε τοῦ ἁγίου πάπα Κελεστίνου τοῦ τῆς ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς καθέδρας τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐπισκόπου, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων εὐλαβεστάτων πατέρων καὶ ἀδελφῶν τῶν κυρίου ἐπισκόπων, ἐπ᾽ ὄλεθρον ἴδιον τὴν* ἀπιστίαν καὶ τὴν βλασφημίαν ἐπικεχρηκέναι. ὅθεν ἐπεὶ ἐτόλμησε κατὰ τῆς πίστεως τῆς εὐαγγελικῆς, καὶ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας, ἥτις διὰ τῆς ἁπανταχοῦ καθολικῆς ἐκκλησίας ἐβε-

* [illegible]

ANNO CHRISTI 431.

βαλώθη, τὴν διάστροφον τῆς ἑαυτοῦ αἱρέσεως εἰσενεγκεῖν· διὸ* δῆτα κἀγὼ ὁρίζω ἐξ αὐθεντίας τῆς ἁγίας ἀποστολικῆς καθέδρας πρεσβείας, μετὰ τῶν ἀδελφῶν τῆς ἀποφάσεως ἐκβιβαστὴς ὑπάρχων, τὸν μνημονευθέντα Νεστόριον, τὸν τῆς ἀληθείας ἐχθρόν, τὸν φθορέα τῆς πίστεως, ὡσανεὶ τούτων ὑπεύθυνον, ἐκτὸς τοῦ βαθμοῦ εἶναι τῆς ἐπισκοπικῆς τιμῆς, καὶ τῆς κοινωνίας πάντων τῶν ὀρθοδόξων ἱερέων.

* ταῦτα

Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· Αἱ καταθέσεις αἱ γεγενημέναι παρά τε τῶν ὁσιωτάτων καὶ θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων Ἀρκαδίου καὶ Προϊέκτου, ἔτι γε μὴν καὶ τοῦ θεοσεβεστάτου πρεσβυτέρου Φιλίππου, δῆλαι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ καθεστήκασι. κατέθεντο γὰρ τὸν τόπον* ἀναπληρωῦντες τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, καὶ ἁπάσης δὲ τῆς κατὰ τὴν δύσιν ἁγίας συνόδου τῶν θεοφιλεστάτων καὶ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων. ὅθεν καὶ τὰ ἤδη ὁρισθέντα παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Κελεστίνου ἐξεβίβασαν· συνῄνεσαν δὲ καὶ τῇ ψήφῳ τῇ ἐξενεχθείσῃ κατὰ τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, τῆς συναχθείσης ἐνθάδε κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν. διὸ συναπτέσθωσαν τοῖς ἤδη πεπραγμένοις τὰ κατὰ τὴν χθὲς καὶ σήμερον πραχθέντα ὑπομνήματα· προσαγέσθω δὲ τῇ θεοσεβείᾳ αὐτῶν, ὥστε καὶ ἰδίᾳ ὑποσημειώσει κατὰ τὸ σύνηθες φανερὰν καταστῆσαι τὴν πρὸς ἅπαντας ἡμᾶς κανονικὴν συναίνεσιν.

* ἀποπληρωῦντες

Ἑρμηνεία τῆς καταθέσεως.

Ἀρκάδιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβευτὴς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας εἶπε· Κατὰ τὰ πεπραγμένα

eſt, ſuæ hæreſeos peruerſitatem inuehere auſus fuerit; propterea & ego quoque auctoritate legationis apoſtolicæ ſedis, vna cum fratribus ſententiæ executor exiſtens, definio memoratum Neſtorium, veritatis inimicum, fideique corruptorem, tamquam iis, de quibus accuſatus eſt, obnoxium, a gradu epiſcopalis honoris, & ab omnium præterea ſacerdotum orthodoxorum communione remotum eſſe.

Cyrillus epiſcopus Alexandriæ dixit: Quæ Arcadius & Proiectus ſanctiſſimi piiſſimique epiſcopi, necnon Philippus religioſiſſimus Romanæ eccleſiæ presbyter, depoſuerint, perſpicue ſancta Synodus percepit. Depoſuerunt enim, ſupplentes locum ſedis apoſtolicæ, totiuſque Synodi ſanctiſſimorum Deoque dilectiſſimorum occidentalium epiſcoporum. Quare cum ea, quæ a Cæleſtino ſanctiſſimo, Deoque dilectiſſimo epiſcopo decreta iam fuerant, executi ſint, ſanctæque Synodi, quæ in hac Epheſiorum metropoli conuenit, ſententiæ contra hæreticum Neſtorium latæ adſtipulati ſint; conſequens eſt, vt eorum quæ heſterno, hodiernoque die acta ſunt, commentarii ſuperioribus actis attexantur, ipſorumque pietati offerantur, quo propria obſignatione, vt moris eſt, planam faciant ac manifeſtam cum omnibus nobis canonicam aſſenſionem.

*Interpretatio depoſitionis.*

Arcadius reuerendiſſimus epiſcopus, & Romanæ eccleſiæ legatus dixit: Iuxta ſanctæ huius Sy-

nodi acta, non poſſumus eorum doctrinam noſtris ſubſcriptionibus non confirmare.

Sancta Synodus dixit: Cum Arcadius & Proiectus reuerendiſſimi, religioſiſſimique epiſcopi & legati, & Philippus preſbyter & apoſtolicæ ſedis legatus, conſentanea ſint locuti, conſequens eſt, vt promiſſis ſuis ſatisfacientes, etiam ſubſcribendo acta confirment. Proinde actorum commentarii ipſis exhibeantur.

*Interpretatio depoſitionis.*

Philippus preſbyter, & apoſtolicæ ſedis legatus, commentariis ſubſcripſi.

Arcadius epiſcopus, & apoſtolicæ ſedis legatus, ſententiæ in Neſtorium, ſchiſmatis & hæreſis, omniſque blaſphemiæ & impietatis auctorem pronuntiatæ ſubſcripſi.

Proiectus epiſcopus, & apoſtolicæ ſedis legatus, iuſto ſanctæ huius & œcumenicæ Synodi iudicio, prout ex actis edocti ſumus, per omnia aſſentiens, impii Neſtorii depoſitioni ſubſcripſi.

ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἀναγκαίως τὰς ἑαυτῶν διδασκαλίας ταῖς ἑαυτῶν ὑπογραφαῖς βεβαιοῦμεν.

Η ἁγία σύνοδος εἶπεν· Ἀκολούθως διαλαλησάντων τῶν εὐλαβεστάτων καὶ θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων καὶ πρεσβευτῶν, Ἀρκαδίου καὶ Προϊέκτου, καὶ Φιλίππου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ πρεσβευτοῦ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, ἑπόμενόν ἐστι, τῇ οἰκείᾳ ὑποσχέσει τὸ ἱκανὸν ποιοῦντας, καὶ διὰ ὑποσημειώσεως βεβαιῶσαι τὰ πεπραγμένα. προσαγέσθω τοίνυν αὐτοῖς τὰ πεπραγμένα ὑπομνήματα.

Ερμηνεία τῆς καταθέσεως.

Φίλιππος πρεσβύτερος καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, τοῖς ὑπομνήμασιν ὑπέγραψα.

Ἀρκάδιος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, τῇ ἐξενεχθείσῃ ἀποφάσει κατὰ Νεστορίου τοῦ αὐθέντου τοῦ σχίσματος καὶ αἱρέσεως, ἁπάσης βλασφημίας καὶ ἀσεβείας, ὑπέγραψα.

Προϊέκτος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, τῇ δικαίᾳ κρίσει τῆς ἁγίας ταύτης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, καθὼς ἐκ τῶν πεπραγμένων ἐμάθομεν, κατὰ πάντα ἐξακολουθῶν, τῇ καθαιρέσει τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου ὑπέγραψα.

ANNO CHRISTI 431.

Ἴσον ἀναφορᾶς πρὸς τοὺς εὐσεβεστάτους βασιλέας περὶ τῶν ἀπὸ Ῥώμης ἐλθόντων ἐπισκόπων, καὶ πρεσβυτῶν, διὰ τοῦ διακόνου Εὐτυχοῦς παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου.

*Exemplum relationis de epiſcopis & legatis, qui ab vrbe Roma venerunt, quam ſancta Synodus per Eutychen diaconum ad piiſſimos imperatores miſit.*

Τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις, Θεοδοσίῳ, καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀεὶ Αὐγούστοις, ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ χάριτι Χριστοῦ, καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει.

*Piiſſimis, Deoque dilectiſſimis Theodoſio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, ſemper Auguſtis, ſancta Synodus, quæ gratia Chriſti, veſtræque maieſtatis nutu in Epheſiorum metropoli congregata eſt.*

ΤΗΝ περὶ τὴν εὐσέβειαν ὑμῶν φροντίδα τε καὶ σπουδὴν, φιλόχριστοι βασιλεῖς, ἀποδεξάμενος ὁ τῶν ὅλων θεὸς, καὶ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων τῶν κατὰ δύσιν τῷ ζήλῳ τὰς ψυχὰς ἀνεπτέρωσεν εἰς ἐκδίκησιν τοῦ ὑβρισμένου Χριστοῦ· εἰ γὰρ καὶ τὸ πλεῖστον τῆς ὁδοῦ διάστημα φθάσαι πρὸς ἡμᾶς εἶρξε πᾶν τὸ πλῆθος ἐκεῖνο τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, ἀλλὰ αὐτόθι συναχθέντες, παρόντος καὶ τοῦ τῆς μεγάλης Ῥώμης ὁσιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Κελεστίνου, καὶ νῦν τὸ ἡμέτερον φρόνημα τῆς πίστεως μετὰ πολλῆς ἀνεκήρυξαν τῆς συμφωνίας, καὶ τοὺς ἔξω τούτου φρονήσαντας, ἀλλοτρίους εἶναι παντελῶς ὥρισαν παντὸς ἱερατικοῦ κλήρου, καὶ βαθμοῦ. ταῦτα μὲν δὴ καὶ πρότερον καὶ ὁ τῆς μεγάλης Ῥώμης ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κελεστῖνος, πρὶν συλλεγῆναι τὴν ἁγιωτάτην ταύτην σύνοδον, διὰ τῶν ἑαυτοῦ γραμμάτων ἐμήνυσεν, ἐπιτρέψας τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ

VESTRAM, Chriſtianiſſimi imperatores, erga pietatem curam & ſtudium, vniuerſorum Deus gratum acceptumque habens, etiam ſanctorum occidentalium epiſcoporum animos zelo, vt Chriſtum contumelia affectum vindicarent, excitauit. Nam licet maximum itineris ſpatium vniuerſam illam ſanctiſſimorum epiſcoporum multitudinem ad nos peruenire prohibuerit; attamen illic ſimul congregati, Cæleſtino ſanctiſſimo piiſſimoque magnæ Romæ epiſcopo etiam præſente, & nunc noſtram de fide ſententiam magno conſenſu prædicarunt, eoſque qui diuerſa ſentiunt, ab omni prorſus ſacerdotii ſorte, graduque alienos eſſe definierunt. Et hæc quidem etiam antequam ſanctiſſima hæc Synodus conueniret, Cæleſtinus ſanctiſſimus magnæ Romæ epiſcopus per literas ſuas indicauerat, Cyrilloque ſanctiſſimo, Deoque

dilectiſſimo magnæ ciuitatis Alexandrinæ epiſcopo, vt ſuas vices ſubiret, commiſerat. Sed & nunc denuo aliis etiam literis ſanctæ Synodo, quam veſtra maieſtas in Epheſiorum metropoli conuenire præcepit, hæc ſignificauit. Miſit autem has literas per Arcadium & Proiectum ſanctiſſimos epiſcopos, & Philippum religioſiſſimum preſbyterum magnæ Romæ, qui Cæleſtini ſanctiſſimi, Deoque dilectiſſimi epiſcopi præſentiam ſupplent. Quia ergo viri iſti qui venerunt, totius occidentalis ſanctæ Synodi ſententiam noſtræ huic Synodo per literas expoſuerunt, ſenſumque de fide & pietate nobis conſonum declararunt, & eadem quæ nos, decreuerunt, tum per literas, tum per ea quæ in mandatis acceperant, quæ & in ſcriptis depoſuerunt; neceſſario, quod officii ratio poſtulabat, de conſenſu illorum nobiſcum ad maieſtatem veſtram retulimus; vt pietati veſtræ certo conſtet, iudicium quod paulo ante a nobis exiit, eſſe vnam communemque totius terrarum orbis ſententiam: quam veſter circa fidem & pietatem zelus effecit vt aperte doceremus ac palam faceremus. Cum itaq; negotium hoc finem maieſtati veſtræ peroptatum, eccleſiiſque omnibus tutiſſimum, & fidei firmitatem afferentem, iam acceperit; rogamus veſtram pietatem, vt ab hac cura & peregrinatione nos tandem abſoluat; (quorum alii paupertate premuntur, alii morbo detinentur, alii ſenectute grauantur, nec diutius

θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Κυρίλλῳ τῷ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως καὶ τὸν αὐτοῦ ἐπέχειν τόπον, ἐν νῦν δὲ αὖθις καὶ δι' ἑτέρων γραμμάτων ταῦτα δῆλα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ κατέστησεν· τὴν συναχθῆναι τὸ ὑμέτερον κράτος προσέταξεν ἐπὶ τῆς Ἐφεσίων μητροπόλεως· ἃ καὶ ἀπέστειλε διά τε τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, Ἀρκαδίου καὶ Προϊέκτου, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου πρεσβυτέρου Φιλίππου τοῦ τῆς μεγάλης Ῥώμης, ἀναπληρούντων τὴν παρουσίαν τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Κελεστίνου. ἐπεὶ οὖν οἱ ἄνδρες παραγενόμενοι τὴν γνώμην πάσης τῆς κατὰ δύσιν ἁγίας συνόδου φανερὰν τῇ ἐνταῦθα γενομένῃ συνόδῳ πεποιήκασι διὰ τῶν γραμμάτων, σύμφωνόν τε ἡμῖν τὸ φρόνημα καὶ τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς πίστεως ἔδειξαν, καὶ ἡμῖν * ὁμόψυχοι διά τε τῶν ἐπιστολῶν, καὶ τῶν ἐντεταλμένων αὐτοῖς, ἃ καὶ ἐγγράφως κατέθεντο, γεγένηνται, ἀναγκαίως καὶ περὶ τῆς αὐτῶν πρὸς ἡμᾶς συμφωνίας πράξαντες τὰ εἰκότα, ἐπὶ τὸ ὑμέτερον ἀνηνέγκαμεν κράτος· ὡς εἰδέναι ἔχοι ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια, ὅτι μία καὶ κοινὴ ψῆφος ἁπάσης τῆς οἰκουμένης, ἡ παρ' ἡμῶν ἔναγχος ἐξενεχθεῖσα κρίσις γεγένηται· ἣν ἀναδιδαχθῆναι, καὶ φανερὰν γενέσθαι, ὁ περὶ τὴν πίστιν καὶ τὴν εὐσέβειαν ὑμῶν ζῆλος παρεσκεύασεν. ἐπεὶ οὖν τὰ τῆς ὑποθέσεως πέρας εἴληφεν εὐκταῖόν τε τῷ ὑμετέρῳ κράτει, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις ἁπάσαις ἀσφαλέστατον, καὶ τῇ πίστει τὸ βέβαιον παρέχον, δεόμεθα τῆς ὑμῶν εὐσεβείας, ἀνεῖναι λοιπὸν ἡμᾶς τῆς τε φροντίδος, καὶ τῆς ἐν τῇ ξένῃ διαγωγῆς, τοὺς μὲν πενίᾳ σφιγγομένους, τοὺς δὲ νόσῳ συνεχομένους, τοὺς δὲ τῷ γήρᾳ καμπτομένους,

ANNO CHRISTI 431.

* ὁμόψηφοι

Anno Christi 431.

καὶ τὴν ἐπὶ τῆς ξένης διατριβὴν ἐπὶ πλεῖον φέρειν οὐ δυναμένοις, ὡς καί τινας ἐξ ἡμῶν ἐπισκόποις καὶ κληρικοὺς ἀποθανεῖν· ὥστε λοιπὸν παυσαμένοις τῆς τοιαύτης μερίμνης, φροντίδα τῆς κατὰ τὴν μεγαλόπολιν ἐκκλησίας ποιήσασθαι. κωλύεσθαι δὲ καθικετεύομεν καὶ τὰ πρὸς τοὺς κατὰ τόπον ἄρχοντας ἠπειλημένα γράμματα πέμπεσθαι, ὡς μή τινα πάλιν ἑτέραν δυσχέρειαν ἐντεθῆναι ταῖς ἐκκλησίαις, ἢ θλῖψιν ἐπαναστῆναι ἐν ταῖς ἑαυτῶν χώραις τοῖς ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις. τῆς γὰρ εὐσεβείας ἀναδειχθείσης, καὶ πάσης τῆς οἰκουμένης σύμφωνον ἐπ' αὐτῇ ψῆφον ἐξενεγκούσης, πλὴν ὀλίγων τῶν τῆς εὐσεβείας προτιμώντων τὴν Νεστορίου φιλίαν· δικαίαν αἰτούμενοι χάριν, δεόμενοι τοῦ ὑμετέρου κράτοις, ἀνεθῆναι λοιπὸν ἡμᾶς τῆς φροντίδος, καὶ ἔχεσθαι τῆς χειροτονίας τοῦ μέλλοντος, καὶ ἐντρυφῆσαι λοιπὸν τῇ βεβαιωθείσῃ πίστει τε καὶ εὐσεβείᾳ, καὶ *καθεῖσθαι καὶ εἰλικρινῶς τὰς ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου κράτους ἀναπέμπειν προσευχὰς τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων Χριστῷ.

*καθαρῶς.

Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας *ἀνήνεγκα. Καὶ ὑπέγραψαν πάντες οἱ ἐν τῇ *τάξει τῶν ὑπομνημάτων εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι.

*ἀπήνεγκα.
*στάσει

in externa regione poſſunt hærere, adeo vt e nobis epiſcopi nonnulli & clerici vita defuncti ſint) quo iam tali ſolicitudine leuati, magnæ illius ciuitatis eccleſiæ curam ſuſcipiamus. Supplicamus etiam, vt arceantur literæ quas ad ſingulorum locorum præfectos mittendas quidam minantur, ne aliqua rurſum difficultas eccleſiis ingeratur, neve afflictio ſanctiſſimos epiſcopos in ſuis ipſorum regionibus inuadat. Enimuero pietate iam declarata, totoque terrarum orbe conſonam de illa ſententiam proferente, paucis tantum exceptis, qui Neſtorii amicitiam pietate potiorem ducunt; iuſtam hanc gratiam petimus, ſupplicantes maieſtati veſtræ, vt hac cura nos iam relaxet; liceatque nobis & futuri (epiſcopi CP.) ordinationi incumbere, & deinceps ex confirmata fide & religione voluptatem capere, & pure ſincereque preces pro veſtro imperio ad Chriſtum vniuerſorum Dominum dirigere.

Cyrillus epiſcopus Alexandriæ retuli. Subſcripſerunt autem omnes reuerendiſſimi epiſcopi in commentariorum ſerie recenſiti.

*Exemplum epiſtolæ ſacræ Synodi ad Clerum, populumque Conſtantinopolitanum, de Neſtorii depoſitione.*

Ἴσον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὸν κλῆρον, καὶ τὸν λαὸν Κωνσταντινουπόλεως, περὶ τῆς καθαιρέσεως Νεστορίου.

*Sancta & magna & œcumenica Synodus, Dei gratia in Epheſiorum metropoli congregata, piiſſimis & reuerendiſſimis compreſbyteris, ac diaconis, & vniuerſo clero ac populo ſanctæ Dei eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, in Domino ſalutem.*

Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος καὶ οἰκουμενικὴ, ἡ χάριτι θεοῦ συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, τοῖς θεοσεβεστάτοις καὶ εὐλαβεστάτοις συμπρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ παντὶ τῷ κλήρῳ, καὶ τῷ λαῷ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

HUC deuenimus, vt rem apprime luctuoſam vobis indicare cogamur. Primo ſane, quod factum eſt, defleuimus; tum vero neceſſitas eo nos adegit, ne videlicet plures impietatis lue corriperentur, vt ipſam morbi huius cauſam excindere compelleremur. Amotus eſt enim a ſacerdotio Neſtorius, propriæ impietatis damnationi adiunctus, eiuſque parergon factus. Cuius quidem impietatis vos teſtes eſtis ex iis quæ ſæpenumero auſus eſt apud vos diſſerere. Ad hæc mala acceſſerunt illa quoque, quæ hic itidem blaſphemo ore profudit. Nam neque indicta ſancta Synodus, neque multitudo, quæ pietatis gratia congregata eſt, illius impetum compeſcuit; verum grauiores blaſphemias adiecit, dicens nolle ſe bimeſtrem, aut lacte nutritum adorare; neque illum, qui fugit in Ægyptum, Deum nominare. Vnde fit, vt vniuerſa Saluatoris diſpenſatio, noſtri cauſa ſuſcepta, ſimplicioribus dubia

ΕΠΙ τὸ πολυστένακτον ἤλθομεν μήνυμα, πρότερον μὲν ἐπὶ τῷ γεγονότι δακρύσαντες, ὑπὸ δὲ τῆς ἀνάγκης αὐτῆς, καὶ τοῦ μὴ πολλοὺς ἁλῶναι τῷ τῆς ἀσεβείας λοιμῷ, βιασθέντες ἐκκόψαι τὸν αἴτιον τῆς νόσου ταύτης. πέπαυται γὰρ τῆς ἱερωσύνης Νεστόριος, πάρεργον τῆς ἑαυτοῦ ἀσεβείας γενόμενος· ἧς μάρτυρες ὑμεῖς ἐκ τῶν πρὸς ὑμᾶς τολμηθεισῶν πολλάκις παρ' αὐτοῦ διαλέξεων· προσθήκη δὲ τῶν κακῶν καὶ ἡ ἐνταῦθα βλασφημία. οὔτε γὰρ ἡ* ἐπαγγελθεῖσα ἁγία σύνοδος, οὔτε τὸ πλῆθος τῶν *εὐσεβείᾳ συνειλεγμένων ἐπέσχεν αὐτὸν τῆς ὁρμῆς· ἀλλὰ προστέθεικε βλασφημίας χαλεπωτέρας, διμηναῖον καὶ γαλακτοτροφηθέντα μὴ* ἀνέχεσθαι προσκυνεῖν, καὶ τὸν εἰς Αἴγυπτον φυγόντα μὴ ὀνομάζειν θεόν· ὡς ἐντεῦθεν πᾶσαν τὴν δι' ἡμᾶς παρὰ τοῦ σωτῆρος γενομένην οἰκονομίαν μικροῦ γενέσθαι τοῖς

Anno Christi 431.

ἁπλουστέροις ἀμφίβολον. τῆς δὲ ὑμετέρας εὐχῆς γινέσθω ἔργον, ἐπιτεταμένως τελουμένης πρὸς θεὸν, τὸν ἄξιον τοῦ θρόνου τῆς μεγαλοπόλεως *ἀναδειχθῆναι, τὸν ἐπισκοπήσειν τὰ ὑμέτερα μέλλοντα. τῆς γὰρ βασιλευούσης εὐσεβῶς *εὐθυνομένης πόλεως, κοινὸν ταῖς ἁπανταχοῦ ἁγίαις τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις τὸ *ἔργον γίνεται.

* ἀναδεχθῶσι.
* ἱδρυμένης
* κέρδος

fere ſit reddita. Orandus eſt autem vobis Deus intenta precatione, vt dignus ſede magnæ ciuitatis aliquis declaretur, qui veſtrum epiſcopatum adminiſtret. Nam ſi regia ciuitas pie fuerit gubernata, ceteræ quoque omnes eccleſiæ ſanctæ Dei commodum hinc reportabunt.

Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι ἀδελφοί.

Ego Cyrillus Alexandriæ epiſcopus opto vos in Domino valere, dilecti ac deſideratiſſimi fratres.

Φίλιππος πρεσβύτερος ἐκκλησίας ἀποστόλων,
Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων,
Ἀρκάδιος ἐπίσκοπος ληγάτος,
Προϊέκτος ἐπίσκοπος ληγάτος,
Φίρμος ἐπίσκοπος Καισαρείας,
Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων,
Μέμνων ἐπίσκοπος Ἐφέσου,
Θεόδοτος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας,
*Βερινιανὸς ἐπίσκοπος Πέργης.

* Βεριννιανός

Philippus apoſtolorum eccleſiæ preſbyter,
Iuuenalis Hieroſolymorum epiſcopus,
Arcadius epiſcopus & legatus,
Proiectus epiſcopus & legatus,
Firmus Cæſareæ epiſcopus,
Flauianus Philippenſium epiſcopus,
Memnon Epheſiorum epiſcopus,
Theodotus Ancyræ epiſcopus,
Berinianus Pergeſium epiſcopus.

Ὄντων τῶν καθελόντων Νεστόριον ὑπὲρ τοὺς διακοσίους, ἠρκέσθημεν ταῖς ἐγκειμέναις ὑπογραφαῖς.

Cum ſupra ducentos extiterint, qui Neſtorium depoſuerunt, his ſubſcriptionibus contenti fuimus.

---

## ΠΡΑΞΙΣ ΤΕΤΑΡΤΗ.

Λίβελλοι ἐπιδοθέντες τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, καὶ Μέμνονος Ἐφέσου.

Τοῖς μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν δεσποτῶν ἡμῶν, Φλαυίου Θεοδοσίου τὸ τρισκαιδέκατον, καὶ Φλαυίου Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, τῇ πρὸ δεκαεπτὰ Καλανδῶν Αὐγούστων, συνόδου

## ACTIO QVARTA.

*Libelli oblati ſanctæ Synodo a ſanctiſſimis epiſcopis, Cyrillo Alexandrino, & Memnone Epheſiorum.*

Post conſulatum dominorum noſtrorum ſemper Auguſtorum, Flauii Theodoſii XIII. & Flauii Valentiniani tertium, XVII. Kalend. Auguſti, Synodo

iuxta piiſſimorum Chriſtianiſſimorumque imperatorum decretum in Epheſiorum metropoli congregata, conſidentibuſque in ſanctiſſima eccleſia, quæ appellatur Maria, piiſſimis Deoque dilectiſſimis epiſcopis, Cyrillo Alexandrino, qui & Cæleſtini quoque ſanctiſſimi eccleſiæ Romanæ archiepiſcopi locum obtinebat, & Arcadio epiſcopo, Romanæq; ſedis legato, & Proiecto epiſcopo, qui & ipſe quoque Romanæ eccleſiæ legatus erat, & Philippo presbytero & legato, & Iuuenale Hieroſolymorum, & Memnone Epheſiorum, & Flauiano Philippenſium, qui & Rufi quoque piiſſimi Theſſalonicenſium epiſcopi locum tenebat, & Firmo Cæſareæ Cappadociæ primæ, & Acacio Melitenæ, & Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ, ceteriſque omnibus, & Beſula diacono Carthaginenſi; Heſychius diaconus dixit: Cyrillus ſanctiſſimus & per omnia ſacratiſſimus Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus, & ſanctiſſimus Deoque cariſſimus Memnon Epheſiorum epiſcopus, ſanctiſſimæ œcumenicæq; Synodo, quæ iuxta piiſſimorum Chriſtianiſſimorumque imperatorum noſtrorum edictum in hac Epheſiorum metropoli conuenit, libellum exhibuerunt: quem cum in manibus habeamus, ſi veſtra ſanctitas iuſſerit, recitabimus.

Iuuenalis Hieroſolymorum epiſcopus dixit: Libellus a ſanctiſſimis ſacratiſſimiſque epiſcopis Cyrillo Alexandrino, & Memnone Epheſino oblatus recitetur, & inter acta referatur.

Heſychius diaconus legit.

συγκροτηθείσης ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει ἐκ θεσπίσματος τῶν θεοφιλεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων· καὶ καθεσθέντων ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ καλουμένῃ Μαρίᾳ, τῶν θεοφιλεστάτων καὶ θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων, Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, διέποντος καὶ τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Κελεστίνου, καὶ Ἀρκαδίου ἐπισκόπου καὶ ληγάτου τῆς Ῥωμαίων καθέδρας, καὶ Προϊέκτου ἐπισκόπου καὶ ληγάτου τῆς Ῥωμαίων καὶ αὐτοῦ ἐκκλησίας τυγχάνοντος, καὶ Φιλίππου πρεσβυτέρου καὶ ληγάτου, καὶ Ἰουβεναλίου Ἱεροσολύμων, καὶ Μέμνονος τῆς Ἐφεσίων, καὶ Φλαυιανοῦ Φιλίππων, ἐπέχοντος καὶ τὸν τόπον Ῥούφου τοῦ εὐσεβεστάτου ἐπισκόπου Θεσσαλονικέων, καὶ Φίρμου Καισαρείας Καππαδοκίας πρώτης, καὶ Ἀκακίου Μελιτινῆς, καὶ Θεοδότου Ἀγκύρας Γαλατίας πρώτης, καὶ τῶν λοιπῶν πάντων, καὶ Βεσούλα διακόνου Καρθαγένης, Ἡσύχιος διάκονος εἶπεν· Ὁ τὰ πάντα ἁγιώτατος καὶ ὁσιώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Κύριλλος, καὶ ὁ ἁγιώτατος καὶ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος τῆς Ἐφεσίων Μέμνων, λίβελλον ἐπιδεδώκασι τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, τῇ κατὰ θέσπισμα τῶν θεοφιλεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἡμῶν ἐν τῇδε τῇ μητροπόλει τῇ Ἐφεσίων συγκροτηθείσῃ· ὃν μετὰ χεῖρας ἔχοντες, εἰ κελεύσειεν ἡ ὑμετέρα ἁγιότης, ἀναγνωσόμεθα.

Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων εἶπεν· Ἀναγινωσκέσθω ὁ ἐπιδοθεὶς λίβελλος παρὰ τῶν ἁγιωτάτων καὶ ὁσιωτάτων ἐπισκόπων, Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέων, καὶ Μέμνονος τῆς Ἐφεσίων, καὶ ἐντατέσθω τοῖς πεπραγμένοις.

Ἡσύχιος διάκονος ἀνέγνω.

ANNO CHRISTI 431.

Τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ θεοῦ χάριν, καὶ θέσπισμα τῶν θεοφιλεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων συναχθείσῃ ἐν τῇδε τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρέων, καὶ Μέμνων τῆς Ἐφεσίων.

ΕΥΣΕΒΕΣ θέσπισμα ἐν τῇδε τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, καὶ ἡμᾶς καὶ τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα συνδραμεῖν ἐκέλευσεν, ὥστε τὸν ὀρθὸν τῆς ἀποστολικῆς πίστεως ὅρον κοινῇ ψήφῳ κρατυνθῆναι, δοκιμασθῆναι δὲ καὶ τὴν καινοτομηθεῖσαν αἵρεσιν παρὰ Νεστορίου. ἀλλ' ἡ μὲν ἁγία ὑμετέρα σύνοδος ὀρθὰ καὶ κανονικῶς πάντα πράττουσα, συνήδρευσε μὲν ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τῇ κατὰ τήνδε τὴν μητρόπολιν, ἐκέλευσε δὲ τὸν μνημονευθέντα Νεστόριον εἰσελθεῖν εἰς τὸ συνέδριον, καὶ ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ ὧν ἔν τε ἐξηγήσεσι δεδυσφήμηκε, καὶ ἐν ἰδίαις ἐπιστολαῖς, ἀσεβεῖς καὶ ἀλιτηρίους ἀφιεὶς φωνὰς κατὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. τρίτον δὲ αὐτὸν κληθέντα, καὶ μὴ ἀνασχόμενον ἀπαντῆσαι, διὰ τὸ κακῷ συνειδότι πλήττεσθαι, τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἑπομένη θεσμοῖς, καθαιρέσει ὑπέβαλε, πάντα ἀκριβῶς ἐξετάσασα τὰ κατ' αὐτόν, καὶ πληροφορηθεῖσα, ὅτι καὶ αἱρετικὸς καὶ δύσφημός ἐστι. τούτων οὕτω πραχθέντων, καὶ ἀνενεχθέντων εἰς γνῶσιν τῶν εὐσεβεστάτων καὶ καλλινίκων ἡμῶν βασιλέων, ὀψὲ καὶ μόλις, καὶ ὅτε ἐβούλετο, τὴν Ἐφεσίων καταλαβὼν ὁ τῆς Ἀντιοχέων Ἰωάννης, συναγαγών, ὡς ἐμάθομεν, τινὰς τῶν τὰ Νεστορίου φρονούντων, ὧν οἱ μὲν εἰσι πάλαι καθῃρημένοι, οἱ δὲ

*Sanctæ Synodo gratia Dei, pientiſſimorumque & Chriſtianiſſimorum imperatorum decreto in hac Epheſiorum metropoli congregatæ, Cyrillus Alexandrinorum, & Memnon Epheſiorum, epiſcopi.*

PIVM edictum & nos & veſtram ſanctitatem in hanc Epheſiorum metropolim ea de cauſa conuenire iuſſit, vt & rectum apoſtolicæ fidei decretum communi ſententia confirmetur, & hæreſis a Neſtorio recens inuecta diſcutiatur. Veſtra autem ſancta Synodus recte canoniceque omnia gerens, in ſancta huius metropolis eccleſia conſedit. Vocauit autem prædictum Neſtorium, vt ad conſeſſum ingrederetur, & eorum quæ in expoſitionibus, epiſtoliſque ſuis blaſpheme protulerat, impias ac ſceleratas emittens voces contra Chriſtum omnium noſtrum ſaluatorem, rationem redderet. Quoniam vero tertio vocatus, ſiſtere ſe recuſauit, eo quod mala conſcientia perculſus eſſet; omnibus quæ ad illius cauſam pertinebant, diligenter diſcuſſis & examinatis, certoque comperto, quod hæreticus & blaſphemus eſſet; eccleſiaſticas ſecuta ſanctiones, depoſitionis ſententiam in ipſum tulit. His ad eum modum tranſactis, & ad piiſſimorum inuictiſſimorumque imperatorum noſtrorum notitiam relatis; vix tandem, & quando ipſi placuit, Ioannes Antiochenus Epheſum venit, & quoſdam, ſicuti intelleximus, qui cum Neſtorio ſentiebant, collegit; (ex his alii iam olim depoſiti fuerunt, alii

oportebat, admonitionem etiam nunc piiſſimi epiſcopi Daniel & Commodus & Timotheus fecerunt: cauſam quoque, propter quam miſſi fuerant, patefecerunt, & ad ſacerdotum notitiam deduxerunt, ita vt iam nihil eorum omnium, quæ indicari debuerant, reuerendiſſimum Ioannem fugiat, nulloque commento ad excuſationem, prætexens ignorationem, vti queat.

Cyrillus Alexandriæ archiepiſcopus dixit: Adſum & nunc quoque vna cum reuerendiſſimo epiſcopo Memnone, de his quæ contra Canones eccleſiaſticos, omnemque rationem, Ioannes reuerendiſſimus Antiochiæ epiſcopus in nos commiſit, rationem reddi poſtulans. Sancta veſtra Synodus perſpicit, neque ambigere quiſquam poteſt, ſi, ne ab ipſo conuinceremur, metueremus, numquã tali nos fiducia vſuros fuiſſe, vt rogaremus, vt tertia etiam hac citatione prædictus Ioannes moneretur accedere, quibuſque vellet rationibus contra nos vteretur. Quoniam vero varias comminiſcitur dilationes, alias ex aliis occaſiones excogitans, *(Captus enim*, ſicut ſcriptum eſt, *verbis natat;)* Iob.11.v.12. conſequens eſt, hanc ſanctam & œcumenicam Synodum quæ eccleſiaſticis ſunt conſtituta ſanctionibus pronuntiare.

Sancta Synodus dixit: Oportebat quidem ſanctam hanc Synodum Canonice motam propter contumelias, quæ a Ioanne epiſcopo Antiocheno, ceteriſq; qui cum eo ſunt, contra Cyrillum ſanctiſſimum piiſſimumque epiſcopum, & Memnonem coepiſco-

pum piiſſimum ac beatiſſimum illatæ ſunt, poſt tertiam hanc noſtram citationem, cui nullo pacto parere, nec ad ſanctæ Synodi conſeſſum venire, nec cauſas, quibus inducti, contra leges & Canones eccleſiæ in talem nouitatem proruperint, exponere voluerunt, ſententiam tali vecordia dignam proferre tam in ipſum, quam in reliquos conſilii illius conſortes. At quoniam epiſcopalis benignitatis munus eſſe putamus, leni patientique animo, quæ acciderunt, perferre; interim quidem in præſenti, iuxta ea quæ iam decreta ſunt, idem Ioannes, & qui cum eo facinus hoc moliti ſunt, videlicet Ioannes Damaſci, Alexander Apameæ, Dexianus Seleuciæ, Alexander Hierapolis, Himerius Nicomediæ, Fritilas Heracleæ, Helladius Tarſi, Maximianus Anazarbi, Dorotheus Marcianopolis, Petrus Traianopolis, Paulus Emiſenus, Polychronius ciuitatis Heracleinſium, Eutherius Tyanorū, Meletius Neocæſarienſis, Theodoretus Cyri, Apringius Chalcidis, Macarius maioris Laodiceæ, Zoſys Eſbuntis, Salluſtius Coryci Ciliciæ, Heſychius Caſtabalæ Ciliciæ, Valentinus * Mutlublacæ, Euſtathius Parnaſſi, Philippus Theodoſianopolitanus, Daniel, Iulianus, Cyrillus, Olympius, Diogenes, Theophanes Philadelphiæ, Palladius, Traianus Auguſtæ, Aurelius Irenopolitanus, Muſæus Arcadiopolitanus, Helladius Ptolemaidis; ab eccleſiaſtica communione alieni ſint, nullam habentes facultatem, tamquam ex auctoritate ſacerdotali, qua ali-

*Malli

μετὰ τὴν τρίτην ταύτην κλῆσιν τὴν παρ' ἡμῶν γενομένην, ἧς οὐδαμῶς ὑπακοῦσαι ἠνέσχοντο, οὔτε μὴν ἀπαντῆσαι εἰς τὸ συνέδριον τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ ἐμφανεῖς καταστῆσαι τὰς αἰτίας, δι' ἃς παρὰ τοὺς θεσμοὺς καὶ τοὺς κανόνας τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τοιοῦτον ὥρμησαν νεωτερισμόν, ἀξίαν τῆς τοιαύτης ἀπονοίας ἐξενεγκεῖν κατ' αὐτοῦ τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὴν ἀπόφασιν. ἐπειδὴ δὲ ἐπισκοπικῆς χρηστότητος ἔργον εἶναι ἐλογισάμεθα, μακροθυμίᾳ βαστάσαι τὰ γεγονότα, τέως μὲν ἐπὶ τοῦ παρόντος, κατὰ τὰ ἤδη τετυπωμένα, ἀλλότριος ἔστω αὐτός τε ὁ Ἰωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τοῦτο δραματουργήσαντες, Ἰωάννης Δαμασκοῦ, Ἀλέξανδρος Ἀπαμείας, Δεξιανὸς Σελευκείας, Ἀλέξανδρος Ἱεραπόλεως, Ἱμέριος Νικομηδείας, Φριτίλας Ἡρακλείας, Ἑλλάδιος Ταρσοῦ, * Μαξιμῖνος Ἀναζάρβου, Δωρόθεος Μαρκιανουπόλεως, Πέτρος Τραϊανουπόλεως, Παῦλος * Ἐμίσης, Πολυχρόνιος Ἡρακλεωτῶν πόλεως, Εὐθήριος Τυανῶν, Μελέτιος Νεοκαισαρείας, Θεοδώρητος Κύρου, Ἀπρίγγιος Χαλκίδος, Μακάριος Λαοδικείας τῆς μεγάλης, Ζώσις Ἐσβουντος, Σαλούστιος Κωρύκου Κιλικίας, Ἡσύχιος Κασταβάλης Κιλικίας, Οὐαλεντῖνος * Μουλουβλάκης, Εὐστάθιος Παρνασσοῦ, Φίλιππος Θεοδοσιανῶν, Δανιήλ, Ἰουλιανός, Κύριλλος, Ὀλύμπιος, Διογένης, Θεοφάνης Φιλαδελφείας, * Παλλάδιος, * Τραϊανὸς Αὐγούστης, * Αὐρηλιανὸς Εἰρηνουπόλεως, Μουσαῖος * Ἀραδοῦ, καὶ Ἑλλάδιος Πτολεμαΐδος, τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας, μηδεμίαν ἔχοντες ἄδειαν, ὡς ἐξ αὐθεντίας ἱερατικῆς, εἰς τὸ δύνασθαι τινὰς

βλάπτειν

ANNO CHRISTI 431.

* Μαξιμιανός

* Ἐμέσης

* Μάλλου

* Γαΐου

* Ταρσοῦ

* Αὐρήλιος

* Ἀρκαδιουπόλεως

Anno Christi 431.

βλάπτειν ἐκ ταύτης, ἢ ὠφελεῖν, ἄχρις ἂν ἑαυτῶν καταγνόντες, τὸ οἰκεῖον ὁμολογήσωσι σφάλμα· εἰδότες, ὅτι εἰ μὴ τοῦτο ἐν τάχει ποιήσαιεν, τὴν τελείαν ἐκ τῶν κανόνων ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπάσονται ἀπόφασιν. προδήλου κἀκείνου τυγχάνοντος· ὅτι οὐδὲ τὰ ἤδη πρότερον παρ' αὐτῶν ἀθέσμως παρὰ τοὺς κανόνας ἐφ' ὕβρει τῶν θεοφιλεστάτων καὶ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, καὶ προέδρων τῆς ἐκκλησίας, Κυρίλλου, καὶ Μέμνονος γινόμενα, ἰσχὺν ἔχει τινὰ κατὰ τὰ ἤδη καὶ τῇ προτεραίᾳ διαλαληθέντα. ἀνενεχθήσεται δὲ πάντα τὰ πεπραγμένα ταῖς εὐσεβέσι καὶ φιλοχρίστοις ἀκοαῖς τῶν θεοφιλεστάτων βασιλέων, ὡς καὶ τὰς θείας ἀκοὰς γνῶναι τὰ παρακολουθήσαντα.

Ερμηνεία τῶν ὑπογραφῶν.

Ιουβενάλιος ἐπίσκοπος Ιεροσολύμων ὑπέγραψα.

Αρκάδιος ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ὑπέγραψα.

Προΐεκτος ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ὑπέγραψα.

Φίλιππος πρεσβύτερος, καὶ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας πρεσβευτὴς ὑπέγραψα.

Υπέγραψαν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες.

quibus vel detrimentum, vel adiumentum afferre queant, donec ſeipſos condemnantes, proprium delictum confiteantur; id interim pro certo habentes, niſi celeriter hoc præſtiterint, fore, vt perfectam ſententiam iuxta Canonum decreta incurrant. Quin & illud quoque certo conſtat, nempe, quæ iam ante illegitime contra Canones, & contumelioſe aduerſus Cyrillum & Memnonem piiſſimos ſanctiſſimoſque epiſcopos, & eccleſiæ præſides, machinati ſunt, ea nullam firmitatem habere; quemadmodum nunc, & heſterna quoque die ſatis iam declaratum eſt. Quæ autem acta ſunt, ea omnia ad piiſſimorum, Chriſtoque amabilium imperatorum aures referentur; vt diuinæ cognoſcant aures ea quæ ſunt conſecuta.

*Interpretatio ſubſcriptionum.*

Iuuenalis Hieroſolymorum epiſcopus ſubſcripſi.

Arcadius epiſcopus, & apoſtolicæ ſedis legatus ſubſcripſi.

Proiectus epiſcopus, & apoſtolicæ ſedis legatus ſubſcripſi.

Philippus preſbyter, & apoſtolicæ ſedis legatus ſubſcripſi.

Subſcripſerunt autem & reliqui omnes.

ANNO CHRISTI 431.

*Exemplum relationis quam ſancta Synodus ad piiſſimos imperatores de orientalibus tranſmiſit.*

*Piiſſimis ac religioſiſſimis imperatoribus, Theodoſio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, ſemper Auguſtis, ſancta ſynodus gratia Dei, veſtræque maieſtatis nutu in Epheſiorum metropoli congregata.*

QVÆ quidem ſanctæ Synodo a veſtra maieſtate præſcripta fuerant, ea iam finem conuenientem ſortita ſunt; veſtræq; pietati id indicauimus. Quin & apoſtolicam fidem, quam trecenti decem & octo patres Nicææ olim congregati expoſuerunt, manifeſtam veſtræ pietati exhibuimus, & Neſtorium illi contraria ſentientem a ſacerdotali functione amouimus, & a licentia prædicandi ſuam impietatem. Quoniam vero pauci quidam Neſtorio adhærentes, doctrina illius iam ante deprauati, alios quoque criminibus obnoxios ſibi adſciuerunt, adiuncto etiam ipſis reuerendiſſimo Ioanne epiſcopo Antiocheno, vel propter contentionis ſtudium, vel propter humanam amicitiam; omneſque triginta tantum; prius quam de iis criminibus ſe expurgaſſent, de quibus quiſque accuſabatur, ſeſe Synodum appellarunt; (quaſi vero veſtra pietas duas, & non vnam Synodum, quæ & euangelicam

Ἴσον διαφορᾶς παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τοὺς εὐσεβεστάτους βασιλεῖς περὶ τῶν ἀνατολικῶν.

Τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις, Θεοδοσίῳ, καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀεὶ Αὐγούστοις, ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ χάριτι θεοῦ, καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει.

ΤΑ μὲν προστεταγμένα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ παρὰ τοῦ ὑμετέρου κράτους καὶ εἰς πέρας ἤχθη τὸ προσῆκον, καὶ τοῦτο γνώριμον τῇ ὑμετέρᾳ καθεστήσαμεν εὐσεβείᾳ· τήν τε ἀποστολικὴν πίστιν, ἣν καὶ οἱ ἐπὶ τῆς Νικαίας τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ συναχθέντες ἐξέθεντο, φανερὰν καθεστήσαμεν τῇ ὑμῶν εὐσεβείᾳ· καὶ τὸν ἐναντία ταύτῃ φρονήσαντα Νεστόριον καθείλομεν τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας τε καὶ παρρησίας τοῦ κηρύττειν τὴν ἑαυτοῦ δυσσέβειαν. ἐπεὶ δὲ τινὲς ὀλίγοι προδιαφθαρέντες τὴν *γνώμην, καὶ ὑπὸ τῆς διδασκαλίας Νεστορίου, προσμείναντες αὐτῷ, καὶ τοὺς ὑπὸ αἰτίασιν ὄντας μεθ' ἑαυτῶν προσελάβοντο, προσθέμενοι* αὐτῷ καὶ τοῦ εὐλαβεστάτου Ἰωάννου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, ἢ διὰ φιλονεικίαν, ἢ διὰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους φιλίαν, οἱ πάντες γινόμενοι τριάκοντα μόνοι, πρὶν ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν ἕκαστος ἐνεκαλεῖτο πταισμάτων, ἑαυτοὺς προσηγόρευσαν σύνοδον· ὡς τῆς ὑμῶν εὐσεβείας δύο συνόδους κελευσάσης συγκροτηθῆναι, ἀλλ' οὐχὶ μίαν, ὀφειλούσας τήν τε πίστιν κρατῦναι τὴν εὐαγ-

* γνώμῃ ὑπὸ τῆς
* αὐτῷ

ANNO CHRISTI 431.

γελικὴν, καὶ τοὺς τὰ διεφθαρμένα φρονοῦντας ἐκβάλλειν τῆς ἐκκλησιαστικῆς λειτουργίας. ἀλλ' ὡς ἔφημεν, οἱ μνημονευθέντες πρὶν ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν ἐνεκαλοῦντο, ὀλίγοι συγκροτήσαντες ἑαυτοὺς, καὶ συλλήπτορα τῆς ἀπονοίας προσλαβόντες τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην τῆς Ἀντιοχείας, καὶ αὐτὸν δεδοικότα περὶ τῆς βραδυτῆτος εὐθύνας ὑπέχειν, ὡς ἐμάθομεν ὑποθρυλλούντων τινῶν, ἐτόλμησαν ἔξω πάσης ἀκολουθίας ἐκκλησιαστικῆς, καὶ κανόνων ἐκτὸς, κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καὶ ἁγίας συνόδου, καὶ τῆς κεφαλῆς τῶν * ἐπιλελεγμένων ἁγιωτάτων * ἀρχιεπισκόπων, Κυρίλλου φαμὲν τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, ἔτι γε μὴν καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Μέμνονος, ἐξενεγκεῖν βλασφημίαν, ὡς ἐνόμιζον, ὕβριν ἔχουσαν καθαιρέσεως, οὔτε κατηγορίαν παρά τινος δεδεγμένοι, οὔτε κατήγορον ἀναμείναντες, οὔτε μὴν προσκαλεσάμενοι εἰς κρίσιν τινά· ἀλλὰ πρὸ δίκης καὶ ἐξετάσεως τὴν ὕβριν ταύτην ἐξεμέσαντες ἐγγράφως, τῷ ὑμετέρῳ κράτει ἀνενεγκεῖν ἐτόλμησαν τὰ οὕτω παράλογα· ὡς τῆς ὑμῶν εὐσεβείας ἀγνοούσης, ὅτι μία σύνοδος ἡ τῆς οἰκουμένης ἐστί· καὶ οὐκ ἂν ῥηθείη σύνοδος ἡ τῶν ὑπ' αἰτίαν τινὰ πιπτόντων ὀλίγων συστροφὴ, καὶ ἑαυτοὺς διὰ φόβον ἐπιτιμήσεως ἀπορρηξάντων τῆς ἁγίας συνόδου. οὐδὲ γὰρ κατεγνωκότες πλάσματος τὴν ὕβριν ἐτόλμησαν, ἀλλὰ περὶ ὧν ἐνεκαλοῦντο, ἴσως ἀπολογίαν οὐκ ἔχοντες, καὶ ἑαυτοὺς ὄντας ὀλίγους ὁρῶντες,

* συνειλεγμένων
* ἐπισκόπων

fidem confirmaret, & eos qui peruerſa ſentirent, ab eccleſiaſticis miniſteriis amoueret, conuenire iuſſiſſet) ſed, vt diximus, pauci illi ſupradicti antequam rationem de iis, de quibus accuſabantur, redderent, inter ſe coeuntes, inſaniæque ſuæ Ioannem reuerendiſſimum Antiochenæ eccleſiæ epiſcopum adiutorem adſciſcentes (qui & ipſe quoque propter cunctationem ſuam, ſicut ex quorumdam rumore accepimus, metuebat, ne reus ageretur;) præter omnem eccleſiaſticum ordinē, præterque Canones, contra eccleſiaſticam & ſanctam Synodum, & contra caput ſanctiſſimorum epiſcoporum hic congregatorum, Cyrillum ſcilicet ſanctiſſimum Alexandriæ archiepiſcopum, & Memnonem epiſcopum Deo dilectiſſimum, blaſphemiam depoſitionis contumeliam, vt exiſtimant, in ſe continentem per audaciam protulerunt; cum nemo illos antea apud eos accuſaſſet; neque accuſatorem expectaſſent, nec ad iudicium vocaſſent: ſed cum contumeliam hanc ante iudicium, & cauſæ examinationem ſcripto comprehenſam euomuiſſent, rationi adeo diſſentanea ad maieſtatem veſtram auſi ſunt referre; quaſi vero pietas veſtra vnam tantum œcumenicam Synodum eſſe neſciret; neque paucorum crimínoſorum hominum factioſam coitionem, quique pœnarum metu a ſancta Synodo ſe diſtraxerint, ſynodi nomine appellari nō poſſe intelligeret. Neq; enim id cōtumeliæ auſi ſunt, poſtquam illos ſceleris iam condemnaſſent: ſed cum forſitan deeſſet, quo ſe, de quibus inſimulabantur, purgarent, paucoſq; numero

ſe eſſe animaduerterent, veriti, ne conuicti pœnam ſubirent, anteuertentes inſolenter egerunt, illudque facere cenſuerunt, quod ſeſe, ſi rei deprehenderentur, perpeſſuros non dubitabant. At hoc veluti ſtolidum, ac rationi diſſentaneum, viſum eſt nobis deſpicientia dignum. Sed quia ſuam illam abſurdiſſimam veſaniam ad maieſtatem vſque veſtram referre auſi ſunt, idque quod contra leges & Canones, omnemque eccleſiaſticum ordinem perpetrarunt, veſtræ pietati ſignificare veriti non ſunt: propterea inſanum illorum impetum amplius non diſſimulauimus; verum Canonum formam iterum ſequentes, reuerendiſſimum Antiochiæ epiſcopum Ioannem, qui vna cum aliis in prædictos (epiſcopos) tanta auſus fuit, accerſiuimus. Neque enim illi, cum & pauci, & criminibus obnoxii eſſent, in tantam vecordiam procedere auſi eſſent, niſi reuerendiſſimi eccleſiæ Antiochenæ epiſcopi Ioannis temeritate confiſi fuiſſent. Cum itaque conueniſſemus, ac libelli a Cyrillo ſanctiſſimo, Deoque dilectiſſimo archiepiſcopo, & Memnone piiſſimo coepiſcopo nobis oblati fuiſſent, memoratum Ioannem accerſiuimus, quo vel nunc ſaltem querelam proferret, qua motus, in tantam contra primos ſanctæ Synodi contumeliam prolapſus eſſet. Atqui ſemel & iterum, & tertio itidem, vt cauſam diceret, accerſitus (quod probabilem rationem non haberet, qua temeritatem ſuam tueri poſſet) Synodo ſe ſiſtere detrectauit; militibus vero & armis domum, in qua diuerſabatur, circumſepiens, neque ſanctiſſimos epiſcopos a Sy-

δεδοικότες ὡς μέλλοιεν μετὰ τὸν ἔλεγχον τὸ ἐπιτίμιον ὑποδέχεσθαι, προλαβόντες ἐθρασύναντο· καὶ τοῦτο ἐνόμισαν ποιεῖν, ὅπερ ἤλπισαν ὑπομένειν μετὰ τὸν ἔλεγχον. ἀλλὰ τοῦτο ὡς ἄλογον ἔδοξεν ἡμῖν καταφρονήσεως ἄξιον. ἐπειδὴ δὲ καὶ μέχρι τοῦ ὑμετέρου κράτους διενεγκεῖν ἐτόλμησαν τὴν ἀλογωτάτην ἑαυτῶν ἀπόνοιαν, καὶ τὸ παρὰ θεσμούς, καὶ κανόνας, καὶ πᾶσαν ἀκολουθίαν ἐκκλησιαστικὴν αὐτοῖς πεπραγμένον δηλῶσαι τετολμήκασι τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ, οὐκ ἔτι περιειδόμεθα τὴν ἄλογον ἐκείνων ὁρμήν· ἀλλ' ἑπόμενοι πάλιν τῷ τύπῳ τῶν κανόνων, προσεκαλεσάμεθα τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην, τὸν τὰ τηλικαῦτα μετὰ τῶν ἄλλων κατὰ τῶν προειρημένων τετολμηκότα. οὐδὲ γὰρ ἐθάρσησαν ἐκεῖνοι πρὸς τοσαύτην ἀπόνοιαν χωρῆσαι, καὶ ὑπ' αἰτίαν ὄντες ὀλίγοι, εἰ μὴ τῇ θρασύτητι τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Ἰωάννου τοῦ τῶν Ἀντιοχέων ἐθάρσησαν. συναχθέντες οὖν ἡμεῖς, προσδοθέντων ἡμῖν λιβέλλων παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου συνεπισκόπου Μέμνονος, μετεκαλεσάμεθα τὸν * μνημονευθέντα θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην, ὥστε νῦν γοῦν τὴν μέμψιν εἰπεῖν, δι' ἣν εἰς τοῦτο ὕβρεως ἐξώκειλε κατὰ τῶν προέδρων τῆς ἁγίας συνόδου· ὃς ἅπαξ, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον μετακληθείς, ὥστε τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, παραγενέσθαι μὲν ἐν τῇ συνόδῳ οὐκ ἠνέσχετο, οὐκ ἔχων εἰπεῖν εὔλογον ἀπολογίαν ὧν τετόλμηκε, στρατιώταις δὲ καὶ ὅπλοις περιφράξας τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν, οὐδὲ τοὺς ἀποστελλομένους παρὰ τῆς ἁγίας συνό-

Anno Christi 431.

* prædictum Ioannem

ANNO CHRISTI 431.

δου ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις ἐδέξατο, οὐδὲ ἀποκρίσεως τῆς δεούσης ἠξίωσε τὴν συναχθεῖσαν ἁγιωτάτην σύνοδον. ὅθεν γνόντες αὐτὸν μὴ θαῤῥοῦντα δικαιολογίαις, τὰ μὲν ὑπ' αὐτῶν εἰκῆ καὶ μάτην φλυαρηθέντα, καὶ παρὰ πᾶσαν τὴν τῶν κανόνων ἀκολουθίαν γεγραμμένα, κατά τε τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου, καὶ κατὰ τοῦ εὐσεβεστάτου συνεπισκόπου ἡμῶν Μέμνονος, ἄκυρά τε καὶ μάταια παντάπασιν εἶναι ἐδικαιώσαμεν. κρίσις γὰρ ἡ μεθ' ἑαυτῆς οὐκ ἔχουσά τι κανονικὸν οὐδὲ δίκαιον, λοιδορίας οὐδὲν ἔχει πλέον. οὕτως οὖν ἀκανονίστως αὐτόν τε καὶ τοὺς ἅμα αὐτῷ ἀτάκτως πράττοντας, καὶ ἔξω πάσης ἀκολουθίας ἐκκλησιαστικῆς, ἀκοινωνήτοις τέως εἶναι ἐδικαιώσαμεν, εἴρξαντες αὐτῶν τὴν ἄλογον ἀταξίαν, ἕως ἂν ἐλθόντες, περὶ ὧν προπετεύσαντο ἀπολογήσωνται τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

Τὰ γοῦν τυπωθέντα ἀναγκαίως ἐπὶ τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν ἀνηνέγκαμεν, δεόμενοι, ὥστε μὴ σύνοδον κρίνεσθαι τὴν συστροφὴν τῶν * ὑπ' αἰτίασιν γεγενημένων· διὰ τὸ καὶ * πάλιν ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπὶ τῆς Νικαίας συνειλεγμένων, τινὰς οὕτως ἀποστῆναι τῆς μεγάλης ἐκείνης συνόδου, δεδοικότας τὸ ἐξ αὐτῆς ἐπιτίμιον· καὶ μήτε κριθῆναι σύνοδον τούτοις ὑπὸ τοῦ μεγάλου καὶ ἐν ἁγίοις βασιλέως Κωνσταντίνου, ἀλλὰ καὶ κελευσθῆναι δίκας ὑποσχεῖν, ὑπὲρ ὧν ἀποσχίσαντες τὴν τῶν ἁγίων ἐκείνων ἐπισκόπων συμφωνίαν ἠρνήσαντο, πονηρᾶς, καθάπερ οὗτοι, καὶ

* ὑπ' αἰτίαις

* πάλαι

nodo miſſos ſuſcepit, neque ſanctiſſimam Synodum congregatam reſponſo competenti dignatus eſt. Vnde cum animaduerteremus, ipſum cauſæ ſuæ defenſioni diffidere; quæ temere vaneque fuerant nugati, & contra omnem Canonũ ordinem aduerſus Cyrillum ſanctiſſimum archiepiſcopũ, & aduerſus Memnonem piiſſimũ coepiſcopũ noſtrum ſcripto mandauerant, ea irrita, & prorſus vana eſſe iudicauimus. Etenim iudiciũ, quod Canone & iuſtitia nulla ex parte nititur, aliud nihil eſt, niſi merum conuicium. Quamobrem cum & ipſe, & reliqui quoq;, quos ſecum habet, vſq; adeo illegitime inordinateque, & præter omnem eccleſiaſticum ſtylum egerint, decreuimus eos tantiſper excommunicationi ſubiacere, (abſurdam eorum temeritatem coercentes) donec comparentes, de his quæ temerarie & inſolenter admiſerunt, ſe purgent coram ſancta Synodo.

Quæ igitur conſtituta ſunt, ad veſtram pietatem neceſſario perſcripſimus; quam obnixe quoque rogamus, ne hominum criminibus obnoxiorum conuenticulum, ſynodus eſſe iudicetur. nam & olim in ſancto & magno illo trecentorum decem & octo apud Nicæam congregatorum Concilio nonnulli reperti ſunt, qui cum pœnas ab illo irrogandas vererentur, ſe a ſancta & magna illa Synodo ſeparauerunt: nec tamen illi a magno & ſancto imperatore Conſtantino Synodi loco habiti ſunt: quin meritas quoque pœnas ſubire iuſſi ſunt, quod mala, ſicut iſti, etiam ipſi conſcientia præditi, ſeſe abiungentes, ſanctorum illorum epiſcoporum cõ-

ANNO CHRISTI 431.

ſenſum repudiarunt. Perabſurdum enim eſt, ducentorum & decem ſanctorum epiſcoporum Synodo, quibus & vniuerſa occidentalium ſanctorum epiſcoporum multitudo, & per ipſos reliquus totus terrarum orbis conſentit, triginta tantum numero ſeſe opponere: quorum alii quidem iampridem depoſiti; alii etiam prauæ Celeſtii doctrinæ ſectatores; quidam etiam, vt qui cum Neſtorio ſentiant, anathemati ſubditi ſunt: verum iubeat, vt ea quæ a ſancta & œcumenica Synodo ad pietatis præſidium contra Neſtorium, impiamque eius doctrinam ſancita ſunt, vim ſuam obtineant, accedente ad robur eorum nutu & conſenſu pietatis veſtræ.

Iuuenalis Hieroſolymorum epiſcopus retuli.

Arcadius & Proiectus epiſcopi, & Philippus presbyter, apoſtolicæ ſedis legati, retulimus. Subſcripſerunt autem reliqui omnes epiſcopi.

αὐτοῖ συνειδήσει κεχρημένοι· ἄτοπον γὰρ συνόδῳ διακοσίων δέκα ἐπισκόπων, οἷς καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τῆς δύσεως τῶν ἁγίων ἐπισκόπων συνεψηφίσατο, καὶ δι' αὐτῶν ἅπαν λοιπὸν τῆς οἰκουμένης, τριάκοντα μόνοις ἀντιμαχέσασθαι, ὧν οἱ μὲν ἤδη πάλαι καθῃρημένοι τυγχάνουσιν, οἱ δὲ καὶ τῆς Κελεστίου κακοδοξίας εἰσὶν, οἱ δὲ καὶ ἀνεθεματίσθησαν ὡς τὰ Νεστορίου φρονήσαντες· ἀλλὰ κελεῦσαι, τὰ ὑπὸ τῆς οἰκουμενικῆς καὶ ἁγίας συνόδου τετυπωμένα εἰς συγκρότησιν τῆς εὐσεβείας κατὰ Νεστορίου, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς αὐτοῦ δόγματος, τὴν ἰδίαν ἰσχὺν ἔχειν, κρατυνθέντα τῇ ἐπινεύσει καὶ συγκαταθέσει τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας.

Ἰουβενάλιος [ἐπίσκοπος] Ἱεροσολύμων ἀντέγραψα.

Ἀρκάδιος, καὶ Προϊέκτος ἐπίσκοποι, καὶ Φίλιππος πρεσβύτερος, πρεσβευταὶ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἀντεγράψαμεν. Ὑπέγραψαν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐπίσκοποι.

* Exemplũ epiſtolæ ſcriptæ a ſancta Synodo ad Cæleſtinũ vrbis Romæ archiepiſcopum, qua ea omnia explicãtur, quæ in ipſa ſancta & magna Epheſina Synodo geſta ſunt.

* *Relatio ad ſanctiſſimum & piiſſimum comminiſtrum Cæleſtinum.*

* *Sancta Synodus, quæ per Dei gratiam in Epheſiorum metropoli conuenit, Cæleſtino epiſcopo, in Domino ſalutem.*

* *Sanctiſſimo ac beatiſſimo comminiſtro Cæleſtino, ſancta & magna Synodus in Domino Sal.*

SANCTITATIS tuæ circa pietatem zelum, & circa fidei ſinceritatem cura, noſtri omnium ſaluatori Deo grata & placita, omni admiratione digna exiſtit. Eſt enim hoc vobis adeo magnis

* Ἴσον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον τῆς Ῥώμης Κελεστῖνον, δηλούσης πάντα τὰ πραχθέντα ἐν αὐτῇ τῇ Ἐφεσίνῃ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ.

* Ἀναφορὰ τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ θεοσεβεστάτῳ συλλειτουργῷ Κελεστίνῳ.

* Ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ θεοῦ χάριν συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, Κελεστίνῳ ἐπισκόπῳ ἐν κυρίῳ χαίρειν.

* Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ συλλειτουργῷ Κελεστίνῳ, ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΤΗΣ μὲν σῆς ὁσιότητος ὁ περὶ τὴν εὐσέβειαν ζῆλος, καὶ ἡ περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι θεῷ φίλη τε καὶ ἀρέσκουσα φροντὶς, ἀξία παντὸς γέγονε θαύματος· ἔθος γὰρ ὑμῖν τοῖς οὕτω

ANNO CHRISTI 431.

μεγάλοις εὐδοκιμεῖν εἰς ἅπαντα, ἔρεισμά τε τῶν ἐκκλησιῶν τὰς ἑαυτῶν ποιεῖσθαι σπουδάς. ἐπεὶ δὲ ἐχρῆν ἅπαντα εἰς γνῶσιν τῆς σῆς ὁσιότητος ἀνενεχθῆναι τὰ παρακολουθήσαντα, γεγράφαμεν ἀναγκαίως, ὅτι κατὰ βούλησιν τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ κατὰ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων συνήχθημεν ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἐπαρχιῶν, ὑπὲρ τοὺς διακοσίους ὄντες τὸν ἀριθμὸν ἐπίσκοποι. εἶτα τῶν εὐσεβῶν θεσπισμάτων τῶν φιλοχρίστων βασιλέων, δι᾽ ὧν καὶ κεκλήμεθα, καιρὸν ὁριζόντων τῷ συνεδρίῳ τῆς ἁγίας συνόδου τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς· ἁπάντων δὲ συνδεδραμηκότων, μάλιστα διὰ τὸ ἐγκεῖσθαι ταῖς τῶν βασιλέων συλλαβαῖς, ὡς εἰ μή τις ἀπαντήσειε κατὰ τὴν ὡρισμένην προθεσμίαν, οὐκ ἀγαθῷ συνειδότι ἀπολιμπάνεται, καὶ ἔστιν ἀναπολόγητος παρά τε θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ὑστέρησεν ὁ εὐλαβέστατος Ἰωάννης ὁ τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος· οὐχ ὡς ἀπὸ γνώμης ἁπλῆς, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦ διαστήματος τοῦ κατὰ τὴν ὁδοιπορείαν ἐμποδὼν γινομένου· ἀλλὰ κρύπτων* μὲν βουλὴν εἰς νοῦν τε, καὶ σκέψιν ἀπάδουσαν τῷ θεῷ, ἣν οὐκ εἰς μακρὰν ἐλθὼν ἔδειξεν ἐν τῇ Ἐφεσίων. ὑπερεθέμεθα τοίνυν τὸ συνέδριον μετὰ τὴν ὁρισθεῖσαν ἡμέραν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ἐφ᾽ ὅλαις δέκα καὶ ἓξ ἡμέραις· καίτοι πολλῶν ἐπισκόπων τε καὶ κληρικῶν καὶ νόσῳ πεπιεσμένων, καὶ τεθλιμμένων εἰς τὰ δαπανήματα, ἐνίων δὲ καὶ ἐξοδευσάντων τοῦ βίου· καὶ ἦν, ὡς ὁρᾷ καὶ ἡ σὴ ὁσιότης, ὕβρεις μᾶλλον κατὰ τῆς ἁγίας συνόδου τὸ δρώμενον. τοσαύτη γὰρ ὑπερ-

* εἰς νοῦν βουλήν τε καὶ

in more poſitum, vt in omnibus celebres ſitis, ſtudiaque veſtra eccleſiarum firmamenta conſtituatis. Quia vero neceſſe eſt, vt omnia quæ conſecuta ſunt, ſanctitati tuæ ſignificentur, non potuimus non ſcribere, ſecundum omnium noſtrum ſaluatoris Chriſti voluntatem, piiſſimorumque, ac Chriſti amantium imperatorum ſanctionem, ex multis variiſque prouinciis epiſcopos ſupra ducentos in Epheſiorum metropoli nos conueniſſe. Poſtea, cum pia Chriſti amantium imperatorum edicta, per quæ fuimus euocati, tempus ſanctæ Synodi conſeſſui præſcriberent diem ſanctæ Pentecoſtes, omneſque concurriſſent, ideo maxime, quod imperatorum literis expreſſum erat, ſi quis ad præſtitutum terminum non veniret, eum mala conſcientia deeſſe, & apud Deum & homines eſſe inexcuſabilem; deſideratus eſt reuerendiſſimus Ioannes Antiochenorum epiſcopus; idq; non tamquam animo ſimplici & candido, neque quod locorum interuallum, quod tranſeundum erat, impedimento fuerit; ſed quod conſilium cogitationemque Deo diſplicentem mente occultaret; quam cogitationem non longo poſt tempore, poſteaquam nimirum Epheſum veniſſet, palam fecit. Diſtulimus itaque conſeſſum totos ſexdecim dies poſt præfinitum ſanctæ Pentecoſtes terminum: quamuis multi epiſcopi & clerici & morbis premerentur, & ſumptibus affligerentur, nonnulli quoque e vita migraſſent. Erat autem id quod agebatur, vt etiam ſanctitas tua intelligit, nihil aliud, quam aduerſus ſanctam Synodum contumelia. Tanta enim di-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

latione malitioſe vſus eſt; cum ipſum anteuerterint qui longe maiori viarum intercapedine diſtabant. Verumtamen poſt exactum ſextumdecimum diem, e ſuorum epiſcoporum numero aduenerunt metropolitani duo, Alexander Apameæ, & alter Alexander Hierapolitanus. Cum autem de cunctatione reuerendiſſimi epiſcopi Ioannis quereremur, dixerunt illi non ſemel, ſed ſæpius: Mandauit nobis, vt pietati veſtræ indicemus, ne Synodum prorogetis, ſi ipſum amplius tardare contigerit; ſed potius quod opus eſt facto, id fiat. Cum hæc illi renuntiaſſent, certoque conſtaret tam ex mora, quam ex iis quæ nuntiata fuerant ipſius nomine, eum detrectare conſeſſum, vel quod amicitiæ, quæ ipſi cum Neſtorio intercedebat, indulgeret; vel quod is eccleſiæ ſuæ fuit clericus; vel etiam, quod quorumdam pro illo deprecationibus morem gereret: ſancta Synodus in magna Epheſi eccleſia, quæ appellatur Maria, ſeſſionem celebrauit. Quoniam vero, cum vniuerſi prompto alacrique animo veniſſent, ſolus Neſtorius in eo conſeſſu deſiderabatur; ſancta Synodus eum admonuit canonice per epiſcopos prima, ſecunda, ſimiliter & tertia citatione: ipſe vero ædibus, in quibus diuerſabatur, frequenti milite vndique circumuallatis, eccleſiaſticiſque ſanctionibus ſuperbe contemptis, neque comparere, neque de impiis ſuis blaſphemiis rationem voluit reddere. Lectæ proinde ſunt literæ, quas ſanctiſſimus, Deoque dilectiſſimus Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus Cyrillus ad eum ſcripſerat: quas ſancta Syno-

θέσει δυστρόπως ἐχρήσατο, καίτοι φθασάντων αὐτὸν τῶν ἐκ μακροτέρων διαστημάτων. ὅμως μετὰ ἡμέραν ἑκκαιδεκάτην προσέδραμόν τινες τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων, μητροπολῖται δύο, Ἀλέξανδρος Ἀπαμείας, καὶ ἕτερος Ἀλέξανδρος Ἱεραπόλεως· εἶτα ἡμῶν αἰτιωμένων τὸ τῆς ἀφίξεως βραδὺς τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Ἰωάννου, ἔφασαν οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ πλειστάκις, ὅτι ἐνετείλατο ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι τῇ θεοσεβείᾳ ὑμῶν, ὥστε εἰ γένοιτο αὐτὸν καὶ ἔτι βραδῦναι, μὴ ὑπερτίθεσθαι τὴν σύνοδον, ποιεῖσθαι δὲ μᾶλλον ἃ δεῖ. τούτων ἀπαγγελθέντων, καὶ φανεροῦ γεγονότος ἀπό τε τῆς βραδύτητος καὶ ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ μηνυθέντων, ὅτι παραιτεῖται τὸ συνέδριον, ἢ τῇ Νεστορίου φιλίᾳ χαριζόμενος, ἢ καὶ ὅτι κληρικὸς γέγονε τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας, ἢ καὶ ταῖς τινων ὑπὲρ αὐτοῦ παρακλήσεσιν εἴκων, συνήδρευσεν ἡ ἁγία σύνοδος ἐν τῇ μεγάλῃ τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἐκκλησίᾳ, τῇ ἐπίκλην Μαρίᾳ. ἐπειδὴ δὲ πάντων προθύμως συνδεδραμηκότων μόνος ἀπελιμπάνετο τοῦ συνεδρίου Νεστόριος, ὑπέμνησεν ἡ ἁγία σύνοδος κανονικῶς αὐτὸν διὰ ἐπισκόπων πρώτῃ, καὶ δευτέρᾳ κλήσει, ὡσαύτως καὶ τρίτῃ· ὁ δὲ στρατιώταις ἐπιφράξας τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἀπενοήθη κατὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας θεσμῶν, καὶ οὐκ ἠνέσχετο ἑαυτὸν ἐμφανῆ καταστῆσαι, οὔτε μὴν ἀπολογήσασθαι περὶ τῶν ἀνοσίων αὐτοῦ δυσφημιῶν. λοιπὸν ἀνεγνώσθη τὰ γράμματα τὰ γραφέντα πρὸς αὐτὸν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Κυρίλλου· ἃ καὶ ἐδοκίμασεν ἡ ἁγία σύνοδος

ANNO CHRISTI 431.

Anno Christi 431.

δὸς ὀρθῶς καὶ ἀληθῶς ἔχειν, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον ἀσύμφωνα εἶναι ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, * ἤγουν τῇ παραδοθείσῃ πίστει, καὶ ἐκτεθείσῃ ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων κατὰ καιρούς· καθὰ καὶ ἡ σὴ ὁσιότης ὀρθῶς τοῦτο δοκιμάσασα ἐμαρτύρησεν. ἀναγνωσθείσης δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς Νεστορίου τῆς πρὸς αὐτὸν γραφείσης τὸν μνημονευθέντα ἁγιώτατον καὶ θεοσεβέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν Κύριλλον, ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἀλλότρια παντελῶς τῆς τε ἀποστολικῆς καὶ εὐαγγελικῆς πίστεως εἶναι τὰ ἐν αὐτῇ δόγματα, πλείστην ὅσην καὶ ξένην νοσοῦντα τὴν δυσφημίαν· ἀναγνωσθεισῶν δὲ ὁμοίως καὶ τῶν ἐξηγήσεων αὐτοῦ τῶν ἀσεβεστάτων, ἔτι γε μὴν καὶ τῆς γραφείσης πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῆς παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος, δι᾽ ἧς εὐλόγως κατεκρίνετο ὡς δύσφημα γεγραφὼς, καὶ ἀνοσίους φωνὰς ταῖς ἰδίαις ἐξηγήσεσιν ἐνθεὶς, ψῆφος ἐξενήνεκται δικαία καθαιρέσεως κατ᾽ αὐτοῦ· μάλιστα ὅτι τοσοῦτον ἀπείχετο τοῦ μετανοῆσαι, ἢ μεταγνῶναι ἐφ᾽ οἷς δεδυσφήμηκεν, ἔτι τὴν τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἔχων ἐκκλησίαν, ὥστε καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει διαλεγόμενος πρός τινας τῶν ἁγίων μητροπολιτῶν ἐπισκόπων, ἀνδρῶν οὐκ ἀσήμων, ἀλλ᾽ ἐλλογίμων καὶ θεοσεβεστάτων, τολμῆσαί τε εἰπεῖν· ὅτι ἐγὼ τὸν διμηναῖον καὶ τριμηναῖον θεὸν οὐχ ὁμολογῶ. καὶ ἕτερα δὲ πρὸς τούτοις εἶπε χαλεπώτερα.

* ἴσ. ἤγουν

Ὡς οὖν ἀνοσίαν καὶ μιαρωτάτην αἵρεσιν, καὶ ἀνατρέπουσαν τὴν εὐσεβεστάτην ἡμῶν θρησκείαν, καὶ ὅλην ἐκ βάθρων τοῦ μυστηρίου τὴν οἰκονομίαν ἀφαιροῦσαν, καθείλομεν,

dus approbauit, vt recte inculpateque exaratas, atque in nullo diſſentaneas diuinis ſcripturis, traditæ videlicet fidei & expoſitæ in magna illa Synodo a ſanctis patribus, qui Nicææ Bithyniæ olim conuenerunt: ſicut tua quoque ſanctitas id recte probans teſtificata eſt. Poſtmodum lecta etiam Neſtorii epiſtola ad eumdem ſanctiſſimum, Deoq; dilectiſſimum fratrem & comminiſtrum noſtrũ Cyrillum ſcripta, cenſuit ſancta Synodus, dogmata, quæ in ea cõtinebantur, ab euangelica & apoſtolica fide omnino aliena eſſe; plurimæq; ac peregrinæ blaſphemiæ morbo laborare. Lectis itidem impiiſſimis eiuſdem expoſitionibus, & epiſtola præterea, quã tua ſanctitas ad illum dederat, per quam iure damnabatur, tamquam qui blaſphema ſcripſiſſet, impiaſque voces expoſitionibus ſuis inſeruiſſet; iuſta ſententia depoſitionis in ipſum prolata eſt: maxime vero cum tantum abeſſet vt reſipiſceret, vel de blaſphemiis, quas cum Conſtantinopolitanam eccleſiam adhuc obtineret, profuderat, pœnitentiam ageret, vt Epheſi quoque cum quibuſdam ſanctis metropolitanis epiſcopis, viris ſane illuſtribus, maximaque pietate & eruditione præditis diſſerens, auſus ſit dicere: Equidem bimeſtrem aut trimeſtrem Deum non confiteor: aliaque his multo deteriora dixit.

Hæreſim igitur vt impiam ac ſceleſtiſſimam, quæque ſanctiſſimam noſtram religionem euerteret, vniuerſamque myſterii diſpenſationem vel ab ipſis fundamẽtis dirueret, ad eum quem iam

diximus modum demoliti ſumus. Ceterum fieri certe non potuit, quin illi, qui Chriſtum ex animo diligebant, & pro Domino zelabantur, multas experirentur difficultates. Etenim fore ſperabamus, vt reuerendiſſimus Ioannes epiſcopus Antiochenus Synodi diligentiam & pietatem laudaret; tardamque Neſtorii depoſitionem vitio fortaſſe nobis verteret. Verum hæc ſpes longe nos & omnino fefellit: ſecus enim euenit. Compertus eſt namque aduerſarius & infenſiſſimus tum ſanctæ Synodo, tum rectæ eccleſiarum fidei, ſicuti res ipſæ declarant. Nam ſimulatq; Epheſum ingreſſus eſt, antequam puluerem ex itinere contractum excuſſiſſet, antequam ſe veſte exuiſſet, congregatis quibuſdam, qui cum Neſtorio ſimul receſſerant, & blaſphema verba in ſuum caput loquebantur, & gloriæ Chriſti tantumnon illudebant, ac velut collecto collegio hominum circiter triginta numero, qui nomen habebant epiſcoporum (ex quibus alii erant extorres, otioſi, eccleſiiſque carentes: alii quoque ante multos annos ob graues culpas a ſuis metropolitanis depoſiti: cum ipſis etiam Pelagiani, & Celeſtiani, ac nonnulli de iis, qui ex Theſſalia eiecti fuerunt;) rem auſus eſt impiam, qualem nemo ante illum auſus eſt vmquam. Etenim priuatim ſcriptum quoddam confecit, depoſitioniſq; nomen & contumeliam impegit ſanctiſſimo ac religioſiſſimo Cyrillo Alexandrinorum epiſcopo, & pientiſſimo fratri noſtro & comminiſtro Memnoni Ephe-

ὡς ἤδη φθάσαντες εἴπομεν. ἀλλ' ἐχρῆν, ὡς ἔοικε, τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον ἔχοντας, καὶ ζηλώσαντας τῷ κυρίῳ, μὴ πολλῶν πειραθῆναι πραγμάτων· προσεδοκήσαμεν γὰρ τὸν εὐλαβέστατον τῶν Ἀντιοχέων ἐπίσκοπον Ἰωάννην τήν τε ἀκρίβειαν τῆς συνόδου, καὶ τὴν εὐσέβειαν ἐπαινέσαι, καὶ τάχα που καὶ μέμψασθαι τὸ ἐπὶ τῇ καθαιρέσει βραδὺ. μεταπέπτωκε δὲ εἰς πᾶν τοὐναντίον τὰ τῆς προσδοκίας ἡμῶν· εὕρηται γὰρ ἐχθρὸς καὶ πολεμιώτατος τῇ τε ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ αὐτῇ δὲ τῇ ὀρθῇ πίστει τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς αὐτὰ μηνύει τὰ πράγματα. ἅμα τε γὰρ εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ἐφεσίων πόλιν, πρὶν ἀποπλύνασθαι τὴν ἐκ τῆς ὁδοιπορείας κόνιν, πρὶν ἀποδύσασθαι τὸ ἱμάτιον, συναγαγών τινας τῶν τῷ Νεστορίῳ συναποστατησάντων, καὶ βλάσφημα λαλούντων κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς, καὶ μονονουχὶ καταπαιζόντων τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, καὶ συλλέξας ὥσπερ κολλήγιον ἑαυτῷ τριάκοντά που τὸν ἀριθμὸν, ἀνθρώπων* ἐπισκόπων ἐχόντων ὄνομα, ὧν οἱ μὲν εἰσιν ἀπόλιδες, σχολάζοντες δὲ καὶ ἐκκλησίας *μὴ ἔχοντες, ἕτεροι δὲ καὶ πρὸ πολλῶν ἐτῶν ἐπὶ δειναῖς αἰτίαις καθῃρημένοι ἀπὸ τῶν ἰδίων μητροπολιτῶν, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Πελαγιανοὶ, καὶ Κελεστιανοὶ, καὶ τῶν ἀπὸ Θεσσαλίας ἐκβεβλημένων τινὲς, πρᾶγμα τετόλμηκεν ἀνόσιον, ὃ μηδεὶς πώποτε τῶν πρὸ αὐτοῦ· *συνάπτει γὰρ καταμόνας χάρτιον, καὶ δὴ καθαιρέσεως ὄνομα καὶ ὕβριν προσετρίψατο τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπισκόπῳ Κυρίλλῳ, καὶ τῷ θεοσεβεστάτῳ ἡμῶν ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ, ἐπισκόπῳ Μέμνονι τῷ τῆς

Anno Christi 431.

* [illegible]
* [illegible]
* [illegible]

ANNO CHRISTI 431.

Ἐφεσίων, οὐδενὸς ἡμῶν εἰδότος, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ὑβρισθέντων ἐγνωκότων τὸ δρώμενον, ἢ διὰ ποίαν αἰτίαν ταῦτα τετολμήκασιν· ἀλλ' ὥσπερ οὐκ ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τούτοις τοῦ θεοῦ, ὡς οὐκ ὄντων κανόνων ἐκκλησιαστικῶν, ἢ ὡς οὐ μελλόντων κινδυνεύειν αὐτῶν διὰ τὸ ἐπὶ τούτοις θράσος· ὑβρίζουσι δὲ τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ὀνόματι καὶ πᾶσαν τὴν σύνοδον· καὶ δὴ καὶ δημοσίᾳ χαρτίῳ ταῦτα ἐπιθέντες προὔθεσαν εἰς ἀνάγνωσιν τοῖς ἐθέλουσι, τοῖς τοῦ θεάτρου τοίχοις προσπήξαντες, ἵνα τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν θεατρίσωσι. καὶ οὐ μέχρι τούτων γέγονεν αὐτοῖς τὰ τολμήματα· ἀλλὰ γὰρ καὶ τεθαρσήκασιν, ὡς δράσαντές τι κανονικόν, καὶ εἰς ἀκοὰς τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἀνενεγκεῖν τὰ τοιάδε.

Τούτων οὕτω γεγονότων, ὅ, τε ἁγιώτατος καὶ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων Κύριλλος, καὶ μὴν δὲ ὁ θεοφιλέστατος τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἐπίσκοπος Μέμνων, βιβλία συνθέντες, καὶ αἰτησάμενοι αὐτόν τε τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τοῦτο δράσαντας, προσήγαγον, ὁρκοῦντες ἡμῶν τὴν ἁγίαν σύνοδον μεταπέμψασθαι κανονικῶς αὐτόν τε τὸν Ἰωάννην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ὥστε ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν τετολμήκασι, καὶ εἴ τι ἐγκαλεῖν ἔχοιεν, εἰ δύνανται, εἰπεῖν καὶ διελέγξαι· ἐν γὰρ τῷ γραφέντι παρ' αὐτῶν καθαιρετικῷ, μᾶλλον δὲ ὑβριστικῷ χαρτίῳ, πρόφασιν ἔθηκαν· ὅτι Ἀπολιναριασταί, καὶ Ἀρειανοί, καὶ Εὐνομιανοί εἰσι, καὶ διὰ τοῦτο καθῄρηνται

ſiorum epiſcopo; idque nobis omnibus inſciis, imo ne ipſis quidem, qui iniuriam hanc perpeſſi ſunt, quid ageretur, aut quam ob cauſam hoc auſi eſſent, intelligentibus: ſed, perinde ac ſi Deus non indignetur ob iſta, neque ſint eccleſiaſtici Canones, neque futurum ſit, vt propter hanc audaciam periculum ſubeant; excommunicationis nomine etiam vniuerſæ Synodo contumeliam faciunt. Itaque hæc ſcripto etiam publico mandata propoſuerunt legenda quibuſlibet, theatri parietibus affigentes, vt ſuæ impietatis ſpectaculũ exhiberent. Sed nondum his finibus conſtitit ipſorum audacia; ſed præterea, quaſi Canonicum quiddam geſſiſſent, ad piiſſimorum Chriſtique amantium imperatorum aures talia deferre non dubitarunt.

His ita tranſactis, ſanctiſſimus Deoque dilectiſſimus Cyrillus Alexandrinus epiſcopus, & piiſſimus Memnon Epheſiorum ciuitatis epiſcopus, libellos compoſuerunt, compoſitoſque (Concilio) obtulerunt, quibus reuerendiſſimum Antiochenorũ epiſcopum Ioannem, eiuſque adiutores, ac in ea re gerenda ſocios accuſabant, adiurantes ſanctam noſtram Synodum, vt ipſum Ioannẽ, eiuſque adminiſtros, canonice (in iudicium) vocaret, vt rationem de illis redderent, quæ temere auſi fuerant, necnon ſi quam accuſationem haberent, ſi poſſent, illam in medium afferrent, accuſatoſque conuincerent: quandoquidem in depoſitionis, aut verius cõtumeliæ charta ab ipſis exarata, cauſam inſeruerant: Quoniam Apollinariſtæ ſunt, & Ariani, & Eunomiani, ac propterea a nobis de-

poſiti ſunt. Cum itaq; ii, qui hanc ab illis contumeliam acceperant, inſtarent, neceſſitate adducti, in magna rurſum eccleſia epiſcoporum (quorum numerus erat pluſquam ducentorum) conſeſſu inſtituto, intra biduum ſemel, iterum, ac tertia quoque citatione ipſum Ioannem, & qui cum eo erant, ad Concilium vocauimus, vt illos, quos contumelia affecerant, reuincerent, & cauſas, ob quas depoſitionis chartam compoſuiſſent, in medium afferrent: verum illi venire non ſunt auſi. Oportebat autem, ſi quidem prædictos ſanctos viros vt hæreſis reos vere potuiſſet conuincere, ipſum venire, necnon crimen, quod aſſumens tamquam validum & certum, temerariam contra illos ſententiam tulerat, verum eſſe palam oſtendere. At praua conſcientia præpeditus minime comparuit. Quod autem moliebatur, hoc erat. Putabat, ſi abſurda illa, ac in primis illegitima contumelia irrita fieret, fore, vt ſimul iuſta quoque ſanctæ Synodi ſententia contra hæreticum Neſtorium lata euerteretur. Indignitate itaque rei merito commoti, eiuſmodi in illum & in alios ſententiam legitime proferre deliberauimus, cuiuſmodi ipſe tulerat illegitime contra eos, qui de nullo crimine condemnati fuerant. Verum, quo illius temeritatem longanimitate vinceremus, etiamſi illam iuſtiſſime legitimeque ſubiuiſſet, pietatis tuæ iudicio hoc reſeruauimus: interim illos excommunicationi ſubiicientes, omnique ſacerdotali poteſtate exuentes, ita vt nullum ſuis ſententiis lædere queant. Quomodo enim neceſſarium non erat, vt

ANNO CHRISTI 431.

παρ' ἡμῖν. ἐνισταμένων τοίνυν τῶν τὴν ὕβριν ὑπομεινάντων τῶν περὶ ἐκεῖνον, πάλιν ἡμεῖς ἀναγκαίως συνεδρεύσαντες ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ὑπὲρ τοὺς διακοσίους ἐπισκόπους ὄντες, μιᾷ, καὶ δευτέρᾳ, καὶ τρίτῃ κλήσει, ἐν ἡμέραις δυσὶ κεκλήκαμεν αὐτόν τε τὸν Ἰωάννην καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ εἰς τὸ συνέδριον, ὥστε διελέγξαι τοὺς ὑβρισμένους, καὶ ἀπολογήσασθαι, καὶ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, ἐφ' αἷς τὸ τῆς καθαιρέσεως συνέθηκαν χαρτίον· καὶ οὐκ ἐθάρρησαν ἐλθεῖν. ἔδει δὲ αὐτόν, εἴπερ ἀληθῶς ἐλέγχειν ἠδύνατο τοὺς μνημονευθέντας ὁσίους ἄνδρας, ὡς αἱρετικοὺς ὄντας, καὶ ἀπαντῆσαι, καὶ δεῖξαι τοῦτο ἀληθὲς ὄν, ὃ καὶ λαβὼν ὡς ἰσχυρὸν καὶ ἀναμφίβολον ἔγκλημα, τὴν προπετῆ ψῆφον κατ' αὐτῶν ἐξενήνοχεν. ἀλλ' ὑπὸ σαθροῦ συνειδότος οὐχ ὑπήντησε. τὸ δὲ κατασκευαζόμενον ἐκεῖνο ἦν. ᾤετο γάρ, ὅτι τῆς ἀτόπου ταύτης καὶ ἐκνομωτάτης ὕβρεως λυομένης, συνανατραπήσεται καὶ ἡ δικαία ψῆφος τῆς συνόδου ἡ ἐξενεχθεῖσα κατὰ τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου. ἀγανακτήσαντες τοίνυν εἰκότως, ἐβουλευσάμεθα μὲν *τὸ (*τὴν) ἴσην κατ' αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων ψῆφον ἐξενεγκεῖν *ἐννόμως (*ἴσως), ἣν αὐτὸς παρανόμως κατὰ τῶν ἐπ' οὐδενὶ κατεγνωσμένων ἔθετο· ὑπὲρ δὲ τοῦ τὴν ἐκείνου προπέτειαν μακροθυμίᾳ νικῆσαι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα δικαίως ἂν ἔπαθεν αὐτό, καὶ ἐννόμως, τετηρήκαμεν τῇ κρίσει τῆς σῆς θεοσεβείας καὶ τοῦτο· τέως αὐτοὺς ἀκοινωνήτους ποιήσαντες, καὶ περιελόντες αὐτῶν πᾶσαν ἐξουσίαν ἱερατικήν, ὥστε *μὴ δύνασθαι (*μηδὲν δύνασθαι) βλάπτειν δι' οἰκείων ἀποφάσεων. τοὺς γὰρ οὕτως ἀγρίως καὶ ἀπηνῶς καὶ

ANNO CHRISTI 431.

ἀκανονίστως χωρεῖν εἰωθότας ἐπὶ τὰ οὕτω δεινὰ καὶ παγχάλεπα τῶν πεπραγμένων, πῶς οὐκ ἦν ἀναγκαῖον καὶ οὐκ ἑκόντας περιελέσθαι τῆς τοῦ δύνασθαι βλάπτειν ἐξουσίας;

Τοῖς μὲν οὖν ἀδελφοῖς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῖς, Κυρίλλῳ τε τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ Μέμνονι, τοῖς παρ' αὐτῶν ὑπομείνασιν ὕβριν, καὶ κοινωνικοὶ πάντες ἐσμὲν, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνων προπετῆ συνελειτουργήσαμεν καὶ συλλειτουργοῦμεν, κοινῇ πάντες τὰς συνάξεις ἐπιτελοῦντες· ἀκυρώσαντες ἐγγράφως τὰ ἐκείνων παίγνια, ἀνίσχυρά τε καὶ ἀδρανῆ παντελῶς ἀποφήναντες. ὕβρις γὰρ μόνη καὶ ἕτερον οὐδὲν ἦσαν. ἄνδρες γὰρ τὸν ἀριθμὸν τριάκοντα, καὶ οἱ μὲν αἱρέσεως σπίλῳ κατεστιγμένοι, οἱ δὲ ἀπόλιδες καὶ ἐκβεβλημένοι, ποῖον ἔχουσι συνόδου πρόσωπον; ἢ ποίαν ἰσχὺν κατὰ συνόδου συγκροτηθείσης ἐξ ἁπάσης τῆς ὑπ' οὐρανόν; συνήδρευσαν γὰρ ἡμῖν καὶ οἱ παρὰ τῆς ὁσιότητος τῆς σῆς ἀπεσταλμένοι θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, Ἀρκάδιος, καὶ Προιέκτος, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Φίλιππος, τὴν σὴν ἡμῖν παρουσίαν δι' ἑαυτῶν χαριζόμενοι, καὶ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τὸν τόπον ἀναπληροῦντες. ἀγανακτησάτω τοίνυν προσφόρως ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἡ σὴ ὁσιότης. εἰ γὰρ δοθείη τοῖς ἐθέλουσιν ἄδεια καὶ τοὺς μείζονας ὑβρίζειν θρόνους, καὶ καθ' ὧν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν, παρανόμους οὕτω καὶ ἀκανονίστους ἐκφέρειν ψήφους, μᾶλλον δὲ, ὕβρεις καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας τοσούτοις ἄθλους ὑπομεμενηκόσιν, ὧν ἕνεκεν καὶ νῦν ἡ εὐσέβεια διὰ τῶν εὐχῶν τῆς σῆς ὁσιότητος ἀνέλαμψεν, οἰχήσεται πρὸς ἐσχάτην ἀταξίαν

illos qui tanta inſolentia & feritate, Canonumque contemptu res adeo abſurdas, & atrociſſimas aggredi conſueuerunt, vel inuitos nocendi poteſtate priuaremus?

Fratribus itaque noſtris & comminiſtris, Cyrillo epiſcopo, & Memnoni, quos contumelia affecerunt, communicamus omnes, & poſt temerariam illorum ſententiam vna cum ipſis ſacris operati ſumus, & operamur, communiter vniuerſi ſynaxes celebrantes; ludicris illorum ſcripto abrogatis, inualidiſque ac prorſus infirmis pronuntiatis. nihil enim aliud erant, quam mera contumelia. Etenim viri numero triginta, quorum alii hæreſeos macula ſunt notati; alii extorres & eiecti, qualem ſynodi faciem, aut qualem vim haberent contra Synodum ex vniuerſo, qui ſub cælo eſt, orbe collectam? Fuerunt enim in conſeſſu noſtro & illi quoque, qui a ſanctitate tua miſſi ſunt, piiſſimi epiſcopi Arcadius & Proiectus, & cum ipſis reuerendiſſimus presbyter Philippus, qui ſua præſentia tuam nobis exhibuerunt, apoſtolicæque ſedis locum ſuppleuerunt. Conuenientem proinde ſanctitas tua propter ea quæ acta ſunt, indignationem concipiat. Nam ſi quibuſlibet poteſtas fiat maioribus ſedibus contumeliam inferendi, & in illos, in quos nihil iuris habent, ſententias pronuntiandi vſque adeo iniquas, & a Canonibus diſcrepantes, vel potius contumelias, etiam in eos qui tanta pro pietate certamina ſuſtinuerunt, & per quos nunc quoque, adiumento precum ſanctitatis tuæ, pietas ſplendorem recepit; in extremam confuſionem

res eccleſiaſticæ dilabentur. Si vero, qui talia ſunt auſi, competenti modo in ordinem redacti fuerint, ſedabitur omnis tumultus, debitaque Canonibus reuerentia ab omnibus conſeruabitur. Porro autem perlectis in ſancta Synodo commentariis actorum in depoſitione impiorum Pelagianorum, & Celeſtianorum, Celeſtii, Pelagii, Iuliani, Perſidii, Flori, Marcellini, Orentii, & eadem cum illis ſentientium, quæ a pietate tua de ipſis decreta & conſtituta ſunt, iudicauimus & nos ea ſolida firmaque permanere debere, & idem omnes tecum ſtatuimus, eos pro depoſitis habentes. Vt autem omnia quæ geſta ſunt, clare cognoſcas, etiam commentarios miſimus, & Synodi ſubſcriptiones. Valere te, & noſtri memorem eſſe, oramus Dominum, dilecte & deſideratiſſime.

τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα. σωφρονισθέντων δὲ καθ' ὃν προσήκει τρόπον τῶν τοιαῦτα τετολμηκότων, ἀργήσει πᾶς θόρυβος, καὶ ἡ πρέπουσα τοῖς κανόσιν αἰδὼς παρὰ πάντων σωθήσεται. ἀναγνωσθέντων δὲ ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ὑπομνημάτων τῶν πεπραγμένων ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τῶν ἀνοσίων Πελαγιανῶν, καὶ Κελεστιανῶν, Κελεστίου, Πελαγίου, Ἰουλιανοῦ, Περσιδίου, Φλώρου, Μαρκελλίνου, Ὀρεντίου, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις φρονούντων, ἐδικαιώσαμεν καὶ ἡμεῖς ἰσχυρὰ καὶ βέβαια μένειν τὰ ἐπ' αὐτοῖς ὡρισμένα παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας· καὶ σύμψηφοι πάντες ἐσμὲν, καθῃρημένους ἔχοντες αὐτούς. ὑπὲρ δὲ ἀκριβοῦς εὐμαθίας ἁπάντων τῶν πεπραγμένων, ἀπεστείλαμεν καὶ τὰ ὑπομνήματα, καὶ τὰς ὑπογραφὰς τῆς συνόδου. ἐρρῶσθαί σε, καὶ μνημονεύειν ἡμῶν τῷ κυρίῳ εὐχόμεθα, ἀγαπητὲ καὶ ποθεινότατε. Anno Christi 431.

*Cyrilli archiepiſcopi Alexandrini in Ioannem epiſcopum Antiochenum ſchiſmaticum homilia Epheſi habita.*

Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας κατὰ Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείας ἀποσχίσαντος.

QVÆ dilectionis in Chriſtum vis ſit, a diuina ſcriptura edocti ſumus: nihilominus autem & ipſe Saluator edocuit, dicens: *Qui me diligit, me ſequatur; & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit.* Ioan. 12. v. 26. Oportet enim nos cum illo ſemper eſſe, & amare ſequi Saluatorem omnium noſtrum Ieſum Chriſtum; nulloque modo ab eo ſeparari. Hoc autem ſeruabimus, ſi quæ illius ſunt, voluerimus. Hoc impleuit illuſtris iſte & magnus ſacerdotum chorus; de quibus valde merito dixerit quiſpiã,

ΤΗΣ εἰς *θεὸν ἀγάπης τὴν δύναμιν παρὰ τῆς θείας δεδιδάγμεθα γραφῆς· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ σωτὴρ ἐδίδαξε, λέγων· ὁ ἐμὲ ἀγαπῶν, ἐμοὶ ἀκολουθείτω· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσω. δεῖ γὰρ ἡμᾶς ἀεὶ συνεῖναι, καὶ φιλεῖν ἀκολουθεῖν τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον αὐτοῦ χωρίζεσθαι· καὶ τοῦτο *τηρήσωμεν διὰ *τοῦ βουλεύεσθαι τὰ αὐτοῦ. τοῦτο πεπλήρωκεν ὁ λαμπρὸς οὗτος καὶ μέγας τῶν ἱερέων χορός. περὶ ὧν ἂν λέγοιτο σφόδρα δικαίως,

*Χριστὸν
*ἴσως περιέσωμεν
*τὸ βούλεσθαι

ANNO CHRISTI 431.

τὸ διὰ τῆς τοῦ Προφήτου φωνῆς· ἐκεῖ ἔλαφοι συνήντησαν, καὶ εἶδον τὰ πρόσωπα ἀλλήλων· ἀριθμῷ παρῆλθον, καὶ μία αὐτῶν οὐκ ἀπώλετο· ἑτέρα τὴν ἑτέραν οὐκ ἐζήτησαν, ὅτι κύριος ἐνετείλατο αὐταῖς, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ συνήγαγεν αὐτάς. οὐ γὰρ κοινοῦ τινος ἕνεκα πράγματος, ἢ ἐπιγείου τυχὸν, ἡ τῶν νοητῶν ἐλάφων γέγονεν ἐνθάδε συνδρομή· ἀλλ' ἐπεὶ, καθάπερ ἐν κήπῳ καλῷ καὶ εὐανθεστάτῳ, φημὶ δὴ τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐκκλησίᾳ, δεινὸς καὶ παγχάλεπος ὤφθη δράκων, οὐ μίαν ἔχων ἀλλὰ πολλὰς ἐν ἑνὶ σώματι κεφαλὰς, χρησιμωτάτη καὶ* ἀναγκαία γέγονεν ἡ τῶν νοητῶν ἐλάφων ἄθροισίς τε καὶ παρουσία, ἵνα τῆς τῶν ἰοβόλων σκαιότητος τὸ δεσποτικὸν ἀπαλλάξῃ χωρίον. οὐκοῦν τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα συνήγαγεν αὐτὰς, καὶ ὁ κύριος ἐνετείλατο αὐταῖς. τί δὲ ἐνετείλατο; ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔστω. οὐκοῦν, πρὸς σὲ γάρ μοι νῦν ὁ λόγος τὸν ὑψηλὴν κατὰ πάντων αἴροντα τὴν ὀφρὺν, τὸν ἐκ τῶν ἀνατολικῶν ἥκοντα κλιμάτων· εἰ πάντες ἐσμὲν* ὑπουργοὶ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ πεπιστεύμεθα τὴν διακονίαν τῶν αὐτοῦ κηρυγμάτων, διὰ τί μὴ πάντες* ἐσμὲν ὑπουργοὶ μετ' αὐτοῦ τῷ βούλεσθαι φρονεῖν τὰ αὐτοῦ; ἐπῆρεν, ὡς ὁρᾷς, ὁ πολυκέφαλος δράκων τὴν ἀνόσιον καὶ βέβηλον κεφαλὴν, τοῖς τῆς ἐκκλησίας τέκνοις τὸν τῆς ἰδίας δυσοσιότητος ἰὸν ἐπιπτύων. ἔρχομαι κατ' αὐτοῦ τὴν τοῦ πνεύματος ἀπογυμνώσας μάχαιραν· μάχομαι διὰ Χριστὸν τῷ θηρίῳ. διὰ τί μὴ συγκάμνεις καλῶς* ποιεῖν ἐθέλοντι; διὰ τί μὴ συμπαρέστηκας καὶ αὐτός; βαλλέσθω παρὰ πάντων

* ἀναγκαιοτάτη

* λειτουργοὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος

* ἐσμὲν μετ' αὐτοῦ τῷ βούλεσθαι

* ποιεῖν

quod prophetæ voce proditum extat: *Illic ceruæ obuiauerunt ſibi, & viderunt alternos vultus: numero tranſierunt & vna ipſarum non periit: altera alteram non quæſiuit; quia Dominus mandauit eis, & ſpiritus illius congregauit eas.* Is.34.v.15.
Neque enim cauſa vulgaris cuiuſpiam rei, vel fortaſſe terrenæ, hic ſpiritalium ceruarum concurſus contigit: ſed quoniam perinde ac in pulcro florentiſſimoque horto, in eccleſia inquam Saluatoris noſtri, ſæuus immaniſque draco apparuit, non vnum, ſed Apoc.12.
multa habens in vno corpore capita; ſaluberrima ac neceſſaria inſtituta eſt hæc ſpiritalium ceruarum congregatio & præſentia, vt agrum Dominicum a virulentarum beſtiarum feritate liberet. Spiritus itaque Dei congregauit eas, & Dominus mandauit eis. Quid autem mandauit? *Vbi ſum* Ioan.12.
*ego, illic & miniſter meus ſit.* Quãobrem (ad te enim mea nunc ſe conuertit oratio, qui ex orientalibus regionibus veniens, ſublime aduerſus omnes ſupercilium erigis) ſi omnes miniſtri ſumus Chriſti Saluatoris omnium noſtrum; ſi prædicationum illius miniſterium nobis concreditum eſt, cur non omnes cum illo miniſtri ſumus, ea ſentire volentes quæ ipſius ſunt? Erexit, vt cernis, draco multiceps profanum ſceleſtumque caput, impietatis ſuæ venenum expuens in eccleſiæ filios: occurro illi, gladium ſpiritus euaginans: propter Chriſtum aduerſus beſtiam depugno. Cur cum eo qui honeſte laborare vult, non collaboras? cur non & ipſe ſimul aſſiſtis? Feriatur cõmuni omnium

manu. Commune certamen hoc reputemus, vt etiam ſimul vincentes Saluatori gratias agamus, dicentes: *Tu humiliaſti ſicut vulneratum, ſuperbum; Tu confregiſti capita draconis.* Sed nos quidem Saluatoris ſacerdotes veri, myſteriorumque illius diſpenſatores, eos infeſtiſſimorum hoſtium loco ducimus, qui contra illius gloriam obloquuntur: tu vero non ita. Vnde? Nam te candide non accedere, res ipſæ coarguunt. Vides nos, veluti in bello, puluere aſperſos, e pugna adhuc ſtillare ſudorem, animoſitate ſpiritali & conſolatione opus habere; imo vero iam victores: tu vero interim, qui in fratrum numerum relatus es, Chriſtumque dominum tuum fateris, cum arma vna nobiſcum induere deberes, aduerſus veritatis dogmata arma moues? O rem inopinabilem! Pugnam non attigiſti; certantibus non adfuiſti; belli tempus tarditate aduentus tui declinaſti; e longinquo viriliter decertantes ſpectaſti: vidiſti hoſtem proſtratum; linguam blaſphemam repreſſam, ac punitam; poſtea indoluiſti; dic, quæſo, quam ob cauſam? Ob id, quod Chriſtus vicit? quod aduerſarios debellauit? quod os loquentis magna obmutuit? quod ceſſauerit morbus, qui inter eccleſiæ filios graſſabatur? Sed ſatius fuerat, viriliter agere nobiſcum; illudque Dauidis voce prolatum dicere: *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam; & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi.* &c. Verum tu horum nullam penitus rationem duxiſti:

Pſ. 88. v. 11.
Pſ. 73. v. 34.
Pſ. 138. v. 21

χεῖ· κοινὸν ἡγησώμεθα τὸν ἀγῶνα, ἵνα καὶ ὁμοῦ νικήσαντες ἀναφέρωμεν τὰς εὐχαριστίας τῷ σωτῆρι, λέγοντες· σὺ ἐταπείνωσας ὡς τραυματίαν ὑπερήφανον· σὺ συνέθλασας τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν οἱ γνήσιοι τοῦ σωτῆρος ἱερουργοὶ, οἱ τῶν αὐτοῦ μυστηρίων οἰκονόμοι, πολεμιωτάτοις ἡγούμεθα τοὺς καταφλυαροῦντας τῆς δόξης αὐτοῦ. σὺ δὲ οὐχ οὕτω· πόθεν; ὅτι γὰρ οὐ προσέρχῃ γνησίως, αὐτά σε διελέγχει τὰ πράγματα. ὁρᾷς ἡμᾶς ὡς ἐν πολέμῳ κεκονιαμένοις, ἔτι καταστάζοντας τοὺς ἐκ τῆς μάχης ἱδρῶτα, εὐψυχίας πνευματικῆς καὶ παρακλήσεως δεομένοις, μᾶλλον δὲ ἤδη νενικηκότας· σὺ δὲ ὁ τεταγμένος εἰς ἀδελφοὺς, ὁ Χριστὸν δεσπότην ἐπιγραφόμενος, ὁ συνοπλιτεύειν ὀφείλων, κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων τὰ ὅπλα κινεῖς; ὢ παραδόξου πράγματος. οὐχ ἥψω τῆς μάχης, οὐ συνήθλησας τοῖς ἠθληκόσιν· ἔφυγες τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν τῷ τῆς *ἐλεύσεως βραδεῖ. εἱστήκεις μακρόθεν, θεωρῶν τοὺς ἀνδριζομένους. εἶδες πεπτωκότα τὸν ἐχθρὸν, ἀτονήσασαν καὶ κεκολασμένην τὴν δύσφημον γλῶτταν, εἶτα ἐλυπήθης· εἰπέ μοι διὰ ποίαν αἰτίαν; ὅτι νενίκηκεν ὁ Χριστός; ὅτι κεκράτηκε τῶν ἀνθεστηκότων; ὅτι σεσίγηκε στόμα λαλοῦντος μεγάλα; ὅτι πέπαυται νόσος τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἐγκατασκήπτουσα τέκνοις; ἀλλ' ἦν ἄμεινον ἀνδρίζεσθαι μεθ' ἡμῶν, καὶ μὴν κἀκεῖνο λέγειν τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαυίδ· οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην; τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτοὺς, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλ' οὐδεὶς μὲν ὅλως παρὰ σοὶ τῶν τοιούτων ὁ λόγος·

*ἀφίξεως

ἐκ δὲ

ANNO CHRISTI 431.

ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων κατατοξεύεις τοὺς νε-
νικηκότας, καὶ τοῖς ἀπὸ φθόνου βέλεσι
τιτρώσκειν ἐπιχειρεῖς, οὓς ἔδει μᾶλλον
θαυμάζεσθαι παρὰ σοῦ. ἀλλὰ κἂν αὐ-
τὸς προσέρχῃ σκληρῶς, οὐδὲν δεδιότες
λέγομεν· βέλη νηπίων ἐγενήθησαν αἱ
πληγαὶ αὐτῶν, καὶ ἐξησθένησαν ἐπ' αὐ-
τοὺς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν. κἂν ὅπλοις τοῖς
ἔξωθεν σαυτὸν περιφράττων κατα-
στρατεύειν ἐπιχειρῇς τῆς συναγωγῆς
κυρίου, ἀλλὰ ἡμῶν τὰ ὅπλα οὐ σαρκικά,
ἀλλὰ δυνατὰ τῷ θεῷ, καθὰ γέγρα-
πται· δυνατὰ δὲ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυ-
ρωμάτων. γενναιοτέρους εὑρήσεις τῶν
παρὰ σοὶ τοὺς τοῦ Χριστοῦ στρατιώτας. ἔ-
χουσι τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, τὸ τῆς εὐδο-
κίας ὅπλον, τουτέστι Χριστόν· ἔχουσι θώ-
ρακα * τὴν δικαιοσύνην, τὴν τοῦ * Χριστοῦ
περικεφαλαίαν, τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύ-
ματος. ὥστε κἂν ἐπέρχῃ θρασὺς καὶ δει-
νός, καὶ πολλὴν ἔχων τὴν ὑπεροψίαν, καὶ
κατὰ τὸν ἀλαζόνα Γολιὰθ βαρβαρικαῖς
ἀπονοίαις καὶ ἀμαθίαις καθ' ἡμῶν ἐξ-
οικούμενος, ἀλλὰ νικήσει Χριστός· νική-
σει δὲ διὰ τῶν ἰδίων ὑπασπιστῶν. πῶς νενί-
κηκεν ὁ Δαυίδ; πέντε λίθους ἔχων ἐν
τῷ καδδίῳ· λεῖοι δὲ ἦσαν οἱ λίθοι· καὶ οὗ-
τοι ἦσαν εἰς τύπον Χριστοῦ. ποῖον γάρ ἐστι
τὸ τοῦ Χριστοῦ κάδδιον; ἡ ἐπὶ γῆς ἐκ-
κλησία, πολλοὺς ἔχουσα λίθους τιμίους
καὶ ἐκλεκτούς· περὶ ὧν καὶ προφήτης
φησί. λίθοι τίμιοι καὶ ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ
τῆς γῆς. διὰ τούτων τῶν ἁγίων λίθων περι-
έσται Χριστός. λεῖοι δὲ ἦσαν οἱ λίθοι, ὡς
ἔφην· ἡ δὲ τῶν λίθων λειότης τὸ ἄληπτον
ὑπαινίττεται· ἄληπτον γάρ πως ἀεὶ τὸ
λεῖον. ἀνεπίληπτος δὲ ἀεὶ τῶν ἁγίων ἡ πο-
λιτεία. οὐκοῦν νικήσει Χριστὸς κἂν ἰσχύ-
σῃς * σταυρῶσαι, καὶ οὕτω νενίκηκε. κἂν
ἀδικήσῃς ἐκ πανουργίας, ἐστεφάνωσας

* τῆς δικαιοσύνης
* σωτηρίου, ἤ, σταυροῦ
* τρῶσαι, ἢ, οὔπω νενίκηκε.

e contrario vero, eos qui vicerũt, iaculo petis, & illos inuidentiæ telis vulnerare conaris, quos potius admirari debueras. At quamuis ferociter nos impetas, nihil tamẽ exterriti dicimus: *Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum; & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.* Ps. 63. v. 8. Licet externis armis te ipſum circummuniens, bellum aduerſus Domini cœtum moliaris; *arma tamen noſtra non ſunt carnalia, ſed potentia Deo,* 2. Cor. 10. v. 4. vt ſcriptum eſt; potentia autem *ad munitionum deſtructionem.* Inuenies Chriſti milites multo illis, qui apud te ſunt, generoſiores. Habent fidei ſcutũ, Ephes. 6. bonæque voluntatis armaturam, hoc eſt Chriſtum; habent iuſtitiæ thoracem, habent ſalutis galeam, ſpiritus gladium. Quare licet inſurgas terribilis & audax, multoque cum faſtu inuadas, & inſtar iactabundi Goliath barbaricis furoribus & inſolentiis intumeſcas; 1. Reg. 17. vincet tamen Chriſtus: vincet autem per ſuos milites. Quomodo vicit Dauid? Quinque lapides in pera habens. Erant autem lapides illi leues, idq; in typum Chriſti. Quę eſt enim Chriſti pera? Quę in terris eſt eccleſia, quæ multos precioſos & ſelectos lapides cõtinet; de quibus propheta dicit: *Lapides precioſi & ſancti voluuntur in terra.* Zach. 9. v. 16. Per hos ſanctos lapides ſuperabit Chriſtus. Erant autem lapides, vt dixi, leues: leuitas vero iſta lapidum ſubindicat non poſſe capi. quod enim leue eſt, ſemper quodammodo apprehẽſionem fugit. Sanctorum autem conuerſatio reprehenſioni non eſt obnoxia. Vincet igitur Chriſtus: & vt maxime vulnus infligere queas, adhuc ita vincet. Quod ſi per aſtutiam iniuriam feceris, nolens

coronaſti. Donatum eſt enim nobis a Chriſto, non ſolum vt in eum credamus, ſed vt etiam pro illo patiamur. *Qui enim credit in illum, non iudicatur: qui vero non credit, iam iudicatus eſt.* Quoniam ipſum decet gloria, imperium, honor, & adoratio, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ioan. 3. v. 18.

οὐχ ἑκών. ἡμῖν γὰρ ἐχαρίσθη τὸ * ὑπὲρ Χριστοῦ οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν· ὁ γὰρ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται. ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, κράτος, τιμὴ, καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ANNO CHRISTI 431.

* ἀπὸ

## ACTIO SEXTA.

POST conſulatum dominorum noſtrorum Flauii Theodoſii XIII. & Flauii Valentiniani III. ſemper Auguſtorum, XI. Kal. Auguſti, qui dies ſecundum Ægyptios eſt XXVIII. Epiphi, Synodo in Epheſiorum metropoli congregata iuxta ſanctionem Dei amantiſſimorum principum noſtrorum, ac reſidentibus in epiſcopali æde Memnonis, religioſiſſimis epiſcopis Cyrillo Alexandriæ, qui & Cæleſtini quoque ſacratiſſimi Romanorum eccleſiæ archiepiſcopi locum obtinebat, & Arcadio epiſcopo & legato, & Philippo preſbytero & legato, ceteriſq; qui ſupra recenſiti ſunt ſecundum ſuperiorem ſeſſionem; Petrus preſbyter Alexandriæ, & primicerius notariorum dixit: Sancta & magna veſtra Synodus omnem habens prouidentiam rectæ apoſtolicæque fidei, & dogmatũ veritatis, proſpiciens quoque diſciplinæ & ordini eccleſiarum, definitionem protulit, quam præ manibus habentes, ſi placet ſanctitati veſtræ, legemus. Sancta Synodus dixit: Prolata definitio a ſancto hoc & vniuerſali Concilio legatur, & actorum monumentis inſeratur.

## ΠΡΑΞΙΣ ΕΚΤΗ.

ANNO CHRISTI 431.

Ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος πίστιν ἐξέθετο ταύτην.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός· θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθήμενον, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ, πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

Ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ πίστει πάντας συντίθεσθαι προσήκει· ἔχει γὰρ εὐσεβῶς, καὶ ἀποχρώντως εἰς ὠφέλειαν τῆς ὑπ' οὐρανόν.

. . . . . . ,

. . . . . . .

. . . . . . .

. . . . . .

*Nicæna Synodus hanc expoſuit fidem.*

CREDIMVS in vnum Deum, patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium factorem. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum ex patre, hoc eſt, ex patris ſubſtantia, vnigenitum; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, conſubſtantialem patri; per quem omnia facta ſunt & quæ in cælo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt: & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cælos, & ſedet in dextera patris: & venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Qui autem dicunt: Erat aliquando quando non erat, & antequam naſceretur non erat; & quod factus eſt ex non exiſtentibus, aut ex alia ſubſtantia, vel eſſentia; aut qui filium Dei mutabilem, aut alterabilem eſſe affirmant; eos anathematizat ſancta Dei catholica & apoſtolica eccleſia.

Huic ſanctæ fidei omnes conſentire conuenit. Continet enim pietatem, & quæ ſufficiant ad totius orbis vtilitatem. Quoniam vero aliqui ſimulant quidem eam ſe confiteri, eique conſentire, male autem interpretantur *ſenſuum virtutem, ſicuti eis placet, & circumueniunt veritatem, exiſtentes filii erroris & perditionis; opus fuit ex ſanctis & orthodoxis patribus comparare teſtimonia, quæ ſatisfacere valeant, quemadmodū intellexerint eam,

* eius vim & ſenſum,

& prædicare confiſi ſint: vt palam ſit, quia omnes rectam & immaculatam habentes fidem, ſic intelligunt, & interpretantur, & prædicant eam.

Petrus preſbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius dixit: Præ manibus habemus codices ſanctiſſimorum patrum & epiſcoporum, diuerſorumque martyrum: ſelegimus autem ex eis pauca capitula, quæ, ſi placet, relegemus. Flauianus Philippenſium epiſcopus dixit: Et hæc legantur, & geſtis inſerantur.

ſupra p. 496 & ſeqq.

Et lecta ſunt exempla ſanctorum patrum, ſicut in geſtis damnationis Neſtorii poſita ſunt.

. . . . . . . , Anno Christi 431.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Incipiunt acta pertinentia ad Chariſii relationem, quando is acceſſit ad ſanctam Synodum aduerſus quartodecimanos.*

Ἀρχὴ τοῦ κατὰ Χαρίσιον πρακτικοῦ, ὅτε προσῆλθε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ κατὰ τῶν τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν.

Petrus preſbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius dixit:

SANCTA hac reuerendiſſimorum epiſcoporum ſanctarum vbique exiſtentium eccleſiarum Synodo, qui iuxta piiſſimorum, Chriſtique amantium imperatorum noſtrorum Theodoſii & Valentiniani decretum, ex toto pene orbe in Epheſiorum metropoli conuenerunt, ſeſſionem celebrante, fidemque, quæ per Spiritum ſanctum a trecentis decem & octo ſanctis patribus Nicææ quondam congregatis expoſita fuerat, vim ſuam obtinere, & firmam permanere debere decernente, ac cetera quæ ad hæc pertinent, determinante; preſbyter quidam Chariſius nomine, ſanctæ

ΚΑΤΑ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, Θεοδοσίου καὶ Οὐαλεντινιανοῦ, συναχθείσης ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει ἐξ ἁπάσης ὡς ἔπος εἰπεῖν τῆς οἰκουμένης τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων τῶν ἁπανταχοῦ ἁγίων ἐκκλησιῶν, καὶ συνεδρευούσης, ὁριζούσης τε κρατεῖν καὶ βεβαίαν εἶναι τὴν πίστιν τὴν ἐκτεθεῖσαν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν κατὰ καιροὺς ἐν τῇ Νικαέων πόλει συνειλεγμένων, ὄντων τὸν ἀριθμὸν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ, τυπούσης τε τὰ περὶ τούτων καθ' ὃν ἔδει τρόπον, Χαρίσιός τις ὀνόματι, πρεσβύτερος καὶ οἰκονόμος γεγονὼς τῆς

ANNO CHRISTI 431.

Φιλαδελφέων πόλεως ἁγίας ἐκκλησίας, ἐδίδαξεν, ὅτι τινὲς τῶν ἀπὸ Λυδίας ὁρμωμένων αἱρετικῶν ἠθέλησαν τὴν μὲν ἑαυτῶν ἀφεῖναι πλάνην, ἐπιστρέψαι δὲ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας φῶς, καὶ μυσταγωγηθῆναι τὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὀρθά τε καὶ εὐσεβῆ δόγματα. εἶτα δέον αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν χειραγωγηθῆναι, μειζόνως ἠπάτηνται, καὶ οἷον ἐκ βόθρου πεπτώκασιν εἰς χείρονα βόθρον. ἐδίδαξε γὰρ, ὅτι Ἀντώνιος καὶ Ἰάκωβος, πρεσβυτέρων ἔχοντες ὄνομα, κατῆλθον ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἐπιστολὰς ἔχοντες *παραθέσεως παρὰ Ἀναστασίου τινὸς, καὶ Φωτίου, συνόντων τηνικάδε τῷ αἱρετικῷ Νεστορίῳ, καὶ αὐτῶν δὲ πρεσβυτέρων ἐχόντων ὄνομα. καὶ δέον τὴν τε εὐαγγελικὴν καὶ ἀποστολικὴν παράδοσιν τῆς πίστεως, ἣν ἐξέθεντο κατὰ καιροὺς οἱ πατέρες οἱ ἐν τῇ Νικαέων συνελθόντες, παραθεῖναι τοῖς ἐκ πλάνης ἐπιστρέφουσιν εἰς ἀλήθειαν, καὶ ἀπὸ τοῦ σκότους εἰς τὸ φῶς ἔρχεσθαι ζητοῦσιν, *προσεκόμισαν ἔκθεσίν τινα δογμάτων ἀσεβῶν, ὡς ἐν τάξει συμβόλου συντεθειμένην, καὶ ταύτῃ καθυπογράφειν τοὺς ἀθλίους ἐκείνους παρεσκεύασαν, πάντα τρόπον ἀσεβείας νικῶντες ἐν τούτῳ. ὑπὲρ δὲ σαφηνείας ἀκριβοῦς τῶν εἰρημένων ἐντέτακται ὁ ἐπιδοθεὶς λίβελλος παρὰ τοῦ μνημονευθέντος πρεσβυτέρου Χαρισίου, καὶ ἡ τῆς ἀσεβοῦς ἐκείνης ἔκθεσις κακοδοξίας, ἡ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, μετὰ ὑπογραφῆς τῶν ἠπατημένων.

*παραθήκης

*συνώμισαν

Philadelphienſium eccleſiæ œconomus ſignificauit, hæreticos quoſdam Lydios, errore, quo tenebantur, deſerto, ad veritatis lumen redire, & in catholicæ eccleſiæ rectis ac piis dogmatibus inſtitui voluiſſe: verum cum ad veritatem manu duci debuiſſent, in grauiorem errorem abductos, & velut ex fouea in foueam peiorem cecidiſſe. Expoſuit enim, Antonium quemdam & Iacobum, preſbyterorum nomen habentes, ex vrbe Conſtantinopolitana deſcendiſſe, literaſque commendatitias cuiuſdam Anaſtaſii & Photii (qui & ipſi quoque preſbyteri vocabantur, Neſtorioque hæretico tunc temporis adhærebant,) ſecum detuliſſe. Cumque oportuiſſet, euangelicam, apoſtolicamque fidei traditionem, quam olim ſancti patres apud Nicæam congregati expoſuerunt, proponere his qui ex errore ad veritatem redire, & e tenebris ad lucem venire quærebant; quamdam impiorum dogmatum expoſitionem in ſymboli formam redactam obtruſiſſe, vtque huic ſubſcriberent, miſeros illos induxiſſe. Quæ ſane res omnem impietatis modum ſuperat. Ad exactam autem dictorum euidentiam, libellus a memorato Chariſio preſbytero exhibitus, impiæque illius ac prauæ opinionis, quæ eſt de vnigeniti Filii Dei incarnatione, expoſitio, vna cum illorum ſubſcriptione, qui decepti fuerant, hic interſeruntur.

*Libelli exhibiti a Chariſio preſbytero.*

*Chariſius preſbiter, & Philadelphiæ œconomus, ſanctiſſimæ & religioſiſſimæ œcumenicæ Synodo in Epheſiorum metropoli congregatæ.*

OMNES qui recte ſapiunt ita comparati ſunt, vt honorem ſemper, & quam decet obſeruantiam, ſpiritualibus maxime patribus & doctoribus deferre deſiderent. Si vero illos, qui docere debent, talia de fide auditoribus inſonare contingat, quæ omnium & aures & animos offendant; tunc ſane ordinem commutari neceſſe eſt, & prauæ doctrinæ magiſtros a ſubiectis reprehendi. Quia ergo ex horum numero vnus eſt Neſtorius, prauæ opinionis ſuæ fructum metens, ac peſſime affectus erga fidem in Chriſtum, quique dum ea quæ non conueniunt, frequenter inculcauit, vniuerſum terrarum orbem perturbauit, adeo vt Chriſti amantes imperatores veſtram ſanctitatem in hunc locum conuocare coacti fuerint, quo ſanæ fidei dogmata confirmaret; idque Dominus Deus pro ſua clementia & benignitate exhibens, omnes vos patres ſanctos eius rei cauſa hic congregauit: propterea ſanctitatis veſtræ pedibus aduolutus palam facio, non ipſum tantum (Neſtorium,) ſed & Anaſtaſium & Photium preſbyteros, ipſiuſque impietatis ſocios, eamdem infidelitatem in aliis ciuitatibus diſſeminare ſtudentes, Iacobo cuidam eadem, quæ ipſi, ſenti-

Οἱ ἐπιδοθέντες λίβελλοι παρὰ Χαρισίου πρεσβυτέρου.

Τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ συνόδῳ οἰκουμενικῇ, συνελθούσῃ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, παρὰ Χαρισίου πρεσβυτέρου καὶ οἰκονόμου Φιλαδελφείας.

ΕΥΧΗ μὲν ἅπασι τοῖς εὖ φρονοῦσι, τιμὴν ἀεὶ καὶ πρέπουσαν αἰδῶ πνευματικοῖς μάλιστα πατράσι καὶ διδασκάλοις ἀπονέμειν· εἰ δέ που συμβῇ τοὺς διδάσκειν ὀφείλοντας τοιαῦτα τοῖς ὑπηκόοις ἐνηχεῖν περὶ τῆς πίστεως, οἷα τὰς ἁπάντων ἀκοὰς καὶ καρδίας καταβλάπτει, ἀνάγκη τὴν τάξιν ἀνταλλάττεσθαι, καὶ τοὺς κακῶς διδάσκειν ἑλομένους ὑπὸ τῶν ἡττόνων διελέγχεσθαι. ἐπεὶ οὖν εἷς τούτων ὑπάρχει Νεστόριος, ὁ τῆς ἰδίας κακοδοξίας τοὺς καρποὺς δρεπόμενος, κάκιστα περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως διακείμενος, διδάξας τε πολλάκις ἃ μὴ προσῆκε, πᾶσαν ὁμοῦ τὴν ὑφ' ἥλιον διετάραξεν, ὡς καὶ τοὺς φιλοχρίστους βασιλέας ἀναγκασθῆναι θεσπίσαι, τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην ἐνταῦθα συνελθεῖν, τὰ τῆς ὀρθοδοξίας ἐπικρατῆναι δόγματα· καὶ τοῦτο διὰ τὴν ἰδίαν φιλανθρωπίαν ὁ δεσπότης παρασχὼν θεός, ἅπαντας ὑμᾶς ἁγίους πατέρας ἐνταῦθα συνήγαγε τοῦ προλεχθέντος ἕνεκεν· τούτου χάριν ἐγὼ τῇ ὑμετέρᾳ προσπίπτων ὁσιότητι, διδάσκων, ὡς οὐ μόνος αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτου συμμέτοχοι τῆς ἀσεβείας, Ἀναστάσιος, καὶ Φώτιος, οἱ πρεσβύτεροι τὴν αὐτὴν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι κακοπιστίαν διασπαρῆναι παρασκευάζοντες, Ἰάκωβόν τινα, ὅμοια αὐτοῖς φρονοῦντα,

ANNO CHRISTI 431.

συνεκρότησαν καὶ συγκροτοῦσι μέχρι τῆς δεῦρο, τραπέζης καὶ παρρησίας αὐτῷ μεταδιδόντες· ὃν καὶ διὰ γραμμάτων ἤδη ὡς ὀρθόδοξον συνέστησαν τοῖς θεοσεβεστάτοις τῶν Λυδῶν ἐπισκόποις. τοιαῦτα δὲ τούτῳ τετόλμηται, ἃ τὴν ὑμετέραν πάντως ἁγιωσύνην μαθοῦσαν κινήσει πρὸς κανονικὴν κατ' αὐτοῦ τιμωρίαν, καὶ κατὰ τῶν αὐτὸν συγκροτούντων. τὴν γὰρ Φιλαδελφέων πόλιν τῆς Λυδίας καταλαβὼν, καί τινας τῶν ἁπλουστέρων ἀπατήσας, κληρικοὶ δὲ οὗτοι, τὴν τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων ἔκθεσιν τῆς πίστεως ἐξουθενήσας, ἑτέρᾳ τινὶ πίστεως ἐκθέσει, μᾶλλον δὲ ἀπιστίας, καθυπογράψαι παρεσκεύασε. καὶ δὴ τοῦτο πεποιήκασιν, ὡς ἁπλούστεροι καθυπογράψαντες· ὅτι δὴ ταύτῃ, * φησὶ, τῇ ὀρθοδόξῳ στοιχοῦμεν πίστει. ἧς ἡ ἔκθεσις αἱρετικῆς βλασφημίας πεπληρωμένη, ἔχουσά τε τὰς τῶν ὑπ' αὐτοῦ συναρπαγέντων ὑπογραφὰς σώζεται· ἣν ἀξιῶ ἀναγνωσθῆναι ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος, πρὸς τὸ ἐννοηθῆναι τὴν ὑπ' αὐτῶν μελετηθεῖσαν τῆς ὀρθοδοξίας ἀνατροπήν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰ γράμματα τῶν προλεχθέντων, ἔνθα Ἰακώβῳ μὲν τῷ αἱρετικῷ τοιαῦτα τολμήσαντι μαρτυροῦσιν ὀρθοδοξίαν, ἐμὲ δὲ, ὡς αἱρετικὸν, τῆς κοινωνίας, καὶ λειτουργίας ἐκώλυσαν, εὐσεβῶς φρονοῦντα, καθὼς ὑποτέτακται. τούτων γὰρ ἀναγνωσθέντων, μαθήσεται πάντως ἡ ὑμετέρα θεοφιλία τὰ κατὰ τῆς ὀρθοδοξίας ὑπ' αὐτῶν τολμηθέντα· ἅτινα ὁ θεὸς διὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης εἰς τέλος καταργήσει.

* alii φημὶ, ſed legendum φασὶ,

enti fauiſſe, & hucuſque fauere, familiaritatis menſæque conſortem illum adhibentes; quem etiam piiſſimis Lydiæ epiſcopis, veluti orthodoxum literis commendarunt. Hic autem talia perpetrare auſus eſt, qualia veſtra ſanctitas cum reſciuerit, mouebitur haud dubie ad canonicam pœnam de eo, eiuſque fautoribus ſumendam. Nam poſteaquam Philadelphiam Lydiæ ciuitatem venit, & quoſdam e ſimplicioribus clericis fraude circumuenit, ſpreta fidei expoſitione per ſanctos patres Nicææ edita, alteri cuidam fidei, aut perfidiæ potius, expoſitioni ſubſcribere iuſſit. Et quidem hoc illi, vt ſimpliciores, fecerunt, ſubſcribentes in hunc modum: Huic orthodoxæ fidei aſſentimur. Quæ quidem expoſitio hæretica blaſphemia referta, illorumque qui ab ipſo ſeducti ſunt, ſubſcriptionibus ſignata ſeruatur, & in veſtræ ſanctitatis præſentia recitari eam poſtulo; vt hinc perſpicuum euadat, illos orthodoxæ fidei euerſionem molitos eſſe. Quinetiam recitari poſtulo literas quibus Iacobum hæreticum, talis temeritatis auctorem, orthodoxum eſſe teſtantur: me vero, tamquam hæreticum, a communione ac ſacrorum miniſterio prohibuerunt; cum tamen pie ſentiam, vt ſequentia manifeſtabunt. Etenim his lectis, veſtra erga Deum dilectio intelliget vtique, qualia aduerſus orthodoxam fidem per audaciam ipſi machinati fuerint: quæ omnia Deus per veſtram ſanctitatem penitus abolebit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 431.

## *Confeſſio fidei Chariſii preſbyteri.*

Credo in vnum Deum, patrem omnipotentem, creatorem omnium, viſibilium & inuiſibilium factorem. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium eius vnigenitum; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; conſubſtantialem patri. Qui propter nos, & noſtram ſalutem deſcendit de cælis, & incarnatus eſt, & ex ſancta Virgine natus, & homo factus eſt: crucifixus pro nobis, mortuus eſt; reſurrexit tertia die, aſcendit in cælos, & iterum venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum veritatis, paracletum, Patri & Filio conſubſtantialem: & in ſanctam catholicam eccleſiam: in mortuorum reſurrectionem: in vitam æternam.

Ego Chariſius libellos, ſicut prænotatum eſt, obtuli, meaque manu ſubſcripſi.

## *Exemplum expoſitionis Symboli deprauati.*

QVI vel nunc primum in eccleſiaſticorum dogmatum diſciplina accurate inſtituuntur, vel ab hæretico quopiam errore ad veritatem tranſire volunt, eos doceri, & confiteri oportet, in vnum nos Deum, Patrem ſempiternum credere: qui neque poſterius cœpit eſſe; ſed iam inde ab initio ſempiternus Deus extitit: neque poſterius euaſit pater, quoniam ſemper & Deus & Pater fuit. Credimus etiam in vnum Dei Filium vnigenitum, ex patris ſubſtantia exiſtentem, qui eſt

## Ὁμολογία πίστεως Χαρισίου πρεσβυτέρου.

Πιστεύω εἰς ἕνα θεόν, πατέρα παντοκράτορα, κτίστην ἁπάντων, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὸν μονογενῆ, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, ὁμοούσιον τῷ πατρί, τὸν δι' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθέντα, γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν, ἀποθανόντα, ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸ παράκλητον, ὁμοούσιον πατρὶ καὶ υἱῷ· καὶ εἰς ἁγίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν· εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν· εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Ἐγὼ Χαρίσιος δέδωκα τοὺς λιβέλλους, ὡς προγέγραπται, ὑπογράψας χειρὶ ἐμῇ.

## Ἴσον τῆς ἐκθέσεως τοῦ παραπλασθέντος συμβόλου.

ΤΟΥΣ ἢ νῦν πρῶτον παιδευομένους τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων τὴν ἀκρίβειαν, ἢ ἐκ τινος αἱρετικῆς πλάνης μεθίστασθαι βουλομένους ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, διδάσκεσθαι * ὀφείλει, καὶ ὁμολογεῖν· ὅτι πιστεύομεν εἰς ἕνα θεόν, πατέρα ἀΐδιον, οὔθ' ὕστερον ἀρξάμενον τοῦ εἶναι, ἀλλ' ἄνωθεν ὄντα ἀΐδιον θεόν, οὔτε μὴν ὕστερον γεγονότα πατέρα, ἐπειδήπερ ἀεὶ θεός τε ἦν καὶ πατήρ. πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς ἕνα θεοῦ υἱὸν μονογενῆ, ἐκ τῆς οὐσίας ὄντα τῆς πατρῴας, ὄν-

* [illegible]

τως

Anno Christi 431.

τὸν υἱὸν, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα, οὗπερ ἐστὶ καὶ πιστεύεται υἱός. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ἐκ τῆς θεοῦ τυγχάνον οὐσίας, οὐχ υἱὸν, θεὸν δὲ ὄντα τῇ οὐσίᾳ, ὡς ἐκείνης ὂν τῆς οὐσίας, ἧσπερ ἐστὶν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, ἐξ οὗπερ κατ' οὐσίαν ἐστίν· *ἡμεῖς γὰρ, φησὶν, οὐ τὸ πνεῦμα *ἐλάβομεν τοῦ κόσμου, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ θεοῦ· τῆς μὲν κτίσεως *ἀποχωρίσας ἁπάσης, θεῷ δὲ συνάψας, ἐξ οὗπερ κατ' οὐσίαν ἐστὶν ἰδιάζοντι λόγῳ παρὰ πᾶσαν τὴν κτίσιν· ἣν οὐ κατ' οὐσίαν, ἀλλ' αἰτίᾳ δημιουργίας ἐκ θεοῦ *νομίζομεν εἶναι, καὶ οὔτε υἱὸν *νομίζομεν, οὔτε διὰ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν εἰληφός. ὁμολογοῦμεν δὲ πατέρα τέλειον προσώπῳ, καὶ υἱὸν ὁμοίως, καὶ πνεῦμα δὲ ἅγιον ὡσαύτως· σωζομένου τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας ἡμῖν, τῷ πατέρα, καὶ υἱὸν, ὁμοίως καὶ πνεῦμα ἅγιον, μὴ τρεῖς τινας διαφόρους οὐσίας νομίζειν, ἀλλὰ μίαν τῇ ταυτότητι τῆς θεότητος γνωριζομένην. χρὴ δὲ καὶ περὶ τῆς οἰκονομίας, ἣν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐν τῇ κατὰ τὸν δεσπότην Χριστὸν οἰκονομίᾳ ὁ δεσπότης ἐξετέλεσε θεὸς, εἰδέναι, ὅτι ὁ δεσπότης θεὸς λόγος ἄνθρωπον εἴληφε τέλειον, ἐκ σπέρματος ὄντα Ἀβραάμ, καὶ Δαυίδ, κατὰ τὴν διαγόρευσιν τῶν θείων γραφῶν, τοῦτο ὄντα τὴν φύσιν, ὅπερ ἦσαν ἐκεῖνοι, ὧν περ ἐκ σπέρματος ἦν, ἄνθρωπον τέλειον τὴν φύσιν, ἐκ ψυχῆς τε νοερᾶς καὶ σαρκὸς συνεστῶτα ἀνθρωπίνης· ὃν ἄνθρωπον ὄντα καθ' ἡμᾶς τὴν φύσιν, πνεύματος ἁγίου δυνάμει ἐν τῇ τῆς παρθένου μήτρᾳ διαπλασθέντα, *γενόμενον *ὑπὸ γυναικός, καὶ γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα

*ὑμεῖς
*ἐλάβετε
*αὐτὸ χωρίσας
*νομίζοντες
*νομίζοντες
*γεγενῆσθαι
*ἐκ

vere Filius, & eiuſdem ſubſtantiæ cum eo, cuius eſt, & eſſe creditur Filius. Et in Spiritum ſanctum; qui cum ſit ex Dei ſubſtantia, Filius non eſt, ſed ſubſtantialiter Deus; vtpote eius ſubſtantiæ exiſtens, cuius eſt Deus & Pater, ex quo quidem eſt ſecundum ſubſtantiam. *Nos enim*, inquit, *non ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt:* ſeparans illum ab vniuerſa creatura, Deoq; coniungens, ex quo ſecundum ſubſtãtiam eſt peculiari ratione præ vniuerſa creatura, quam non eſſentialiter, ſed cauſalitate creationis ex Deo cenſemus eſſe. Sed nec Filium illum putamus, neque per Filium ſuam ſubſiſtentiam habentem. Confitemur autem patrem perſonaliter perfectum, pari modo Filium, & Spiritum ſanctum ſimiliter. Pietatis autem doctrinam integre retinemus, Patrem, & Filium, ſimiliter & Spiritum ſanctum, non tres aliquas diuerſas exiſtimantes ſubſtantias, ſed vnam idemtitate deitatis agnoſcendam. Quin de diſpenſatione quoque, quam ſalutis noſtræ cauſa in Christi Domini incarnatione Dominus Deus perfecit, noſſe oportet, Dominum Deum Verbum hominem ſecundum naturam perfectum, ex humana carne & anima rationali conſiſtentem, ex Abrahæ & Dauid ſemine aſſumpſiſſe, vt diuinæ ſcripturæ teſtantur, hoc ipſum ſecundum naturam exiſtens, quod erant illi, quorum e ſemine fuit. Quem ſecundum noſtram naturam, nobiſque ſimilem hominem exiſtentem, Spiritus ſancti virtute in vtero Virginis formatum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt nos omnes filiorum adoptionem

1. Cor. 2. v. 12.
Matth. 1. Rom. 1.
Galat. 4.

iam olim prædeſtinatam recepturos, a ſeruitutis lege redimeret, inexplicabili quodam modo ſibi coniunxit; ac ipſum quidem humano more morti obiecit, ex mortuis autem excitauit, & in cælum aſſumpſit, & ad dexteram Dei collocauit. Cum ergo ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & dominationem, & virtutem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, verum etiam in futuro, ſit conſtitutus; ab vniuerſa quoque creatura adoratur, tamquam inſeparabilem habens cum diuina natura coniunctionem, cum reſpectu & ratione Dei omnis creatura adorationem ei tribuat. Neque duos Filios, aut duos Dominos * dicimus: quandoquidem vnus tantum eſt per eſſentiam Filius, nempe Deus Verbum, Filius patris vnigenitus, cui coniunctus hic, & deitatis comparticeps, conſors etiam eſt appellationis & honoris filii. Ac eſſentialiter quidem Dominus eſt Deus Verbum, cui hic copulatus particeps eſt honoris: ideoque nec duos filios, nec duos Dominos dicimus: quia cum manifeſte ſit per eſſentiam Dominus & Filius, is qui propter ſalutem noſtram aſſumptus eſt, ipſi inſeparabiliter coniunctus, Domini filiique nomine & honore cohoneſtatur, non ad eum modum, quo vnuſquiſque noſtrum per ſe filius exiſtit; vnde ſane etiam, iuxta beatum Paulum, multi filii dicimur; ſed ſolus eximium hoc habens propter ſocietatem coniunctionemque cum Deo Verbo. ac filiationis & dominationis particeps, omnem quidem dualitatis filiorum atque dominorum cogitationem excludit:

*Ephes. 1. v. 21*

* inducimus:

*Galat. 3. v. 26. & alibi.*

πάντας ἡμᾶς ἐξαγοράσῃ τῆς τοῦ νόμου δουλείας, τὴν πόῤῥωθεν προωρισμένην υἱοθεσίαν ἀπολαβόντας, ἀποῤῥήτως συνῆψεν ἑαυτῷ· θανάτου μὲν αὐτὸν κατὰ νόμον ἀνθρώπων περαιῶσαι* κατασκευάσας, ἐγείρας δὲ ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναγαγὼν εἰς οὐρανόν, καὶ καθίσας ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ. ὅθεν δὴ ὑπεράνω πάσης ὑπάρχων ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ κυριότητος, καὶ δυνάμεως, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου οὐκ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, τὴν παρὰ πάσης τῆς κτίσεως δέχεται προσκύνησιν, ὡς ἀχώριστον πρὸς τὴν θείαν φύσιν ἔχων τὴν συνάφειαν, ἀναφορᾷ θεοῦ καὶ ἐννοίᾳ πάσης αὐτῷ τῆς κτίσεως τὴν προσκύνησιν ἀπονεμούσης. καὶ οὔτε δύο φαμὲν υἱούς, οὔτε δύο κυρίους· ἐπειδὴ εἷς* θεὸς κατ' οὐσίαν ὁ θεὸς λόγος, ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρός, ᾧπερ οὗτος συνημμένος τε καὶ μετέχων θεότητος κοινωνεῖ τῆς υἱοῦ προσηγορίας τε καὶ τιμῆς· καὶ κύριος κατ' οὐσίαν ὁ θεὸς λόγος, ᾧ συνημμένος οὗτος κοινωνεῖ τῆς τιμῆς· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε δύο φαμὲν υἱούς, οὔτε δύο κυρίους· ἐπειδὴ *εἷς τοῦ κατ' οὐσίαν ὄντος κυρίου τε καὶ υἱοῦ, ἀχώριστον *ἔχει πρὸς αὐτὸν τὴν συνάφειαν ὁ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ληφθεὶς σωτηρίας συναναφέρεται τῇ τε ὀνομασίᾳ καὶ τῇ τιμῇ τοῦ τε υἱοῦ καὶ τοῦ κυρίου, οὐχ ὥσπερ ἡμῶν ἕκαστος καθ' ἑαυτὸν ὑπάρχων υἱός· ὅθεν δὴ καὶ πολλοὶ υἱοὶ κατὰ τὸν μακάριον λεγόμεθα Παῦλον· ἀλλὰ μόνος ἐξαίρετον ἔχων τοῦτο ἐν τῇ πρὸς τὸν θεὸν λόγον συναφείᾳ· τῆς τε υἱότητος καὶ κυριότητος μετέχων, διαιρεῖ μὲν πᾶσαν ἔννοιαν δυάδος υἱῶν τε καὶ κυρίων,

* ἀπαρτισάμενος,

* υἱὸς

* ἀλλ'

* ἔχει

ANNO CHRISTI 431.

παρέχει δὲ ἡμῖν ἐν τῇ πρὸς τὸν θεὸν λόγον συναφείᾳ πᾶσαν ἔχειν αὐτοῦ τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἔννοιαν, καὶ τὴν θεωρίαν, ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ τὴν προσκύνησιν,* καὶ ἀναφορὰν θεοῦ, παρὰ πάσης δέχεται τῆς κτίσεως.

* ἴσως, κατ᾽

Ἕνα τοίνυν τὸν* κύριόν φαμεν, καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· πρωτοτύπως μὲν τὸν θεὸν λόγον νοοῦντες, τὸν κατ᾽ οὐσίαν υἱὸν θεοῦ καὶ κύριον, συνεπινοοῦντες δὲ τὸ ληφθὲν, Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὃν ἔχρισεν ὁ θεὸς πνεύματι καὶ δυνάμει, ὡς ἐν τῇ πρὸς τὸν θεὸν λόγον συναφείᾳ υἱότητός τε μετέχοντα καὶ κυριότητος· ὃς καὶ δεύτερος Ἀδὰμ κατὰ τὸν μακάριον καλεῖται Παῦλον, ὡς τῆς αὐτῆς μὲν φύσεως ὑπάρχων τῷ Ἀδάμ· ἀναδείξας δὲ ἡμῖν τὴν μέλλουσαν κατάστασιν· καὶ τοσαύτην ἔχων πρὸς ἐκεῖνον τὴν* ἀναφορὰν, ὅσηπερ ἂν γένοιτο τοῦ τὰ ἀπόρρητα χορηγοῦντος ἐπὶ τῆς μελλούσης καταστάσεως ἀγαθὰ πρὸς τὸν τῶν παρόντων λυπηρῶν δεδωκότα τὴν ἀρχήν. τὸν ὅμοιον δὲ τρόπον καὶ δεύτερος* Ἀδὰμ καλεῖται, ὡς τὴν δευτέραν κατάστασιν ἐκφήνας· ἐπειδήπερ τῆς μὲν προτέρας ἀρχὴ γέγονεν ὁ Ἀδὰμ, τῆς θνητῆς, καὶ παθητῆς, καὶ πολλῶν γεμούσης ὀδυνηρῶν, ἐν ᾧ δὴ καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν εἰλήφαμεν ὁμοίωσιν· τὴν δευτέραν δὲ ἀνέδειξεν ὁ δεσπότης Χριστὸς, ὃς ἐξ οὐρανῶν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος φανεὶς, ἅπαντας ἡμᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν* ἄξων τὴν οἰκείαν· ὁ γὰρ πρῶτος, φησὶν, ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ, τουτέστιν, ἐκεῖθεν ἀναφαίνεσθαι μέλλων ἐπὶ

* ἴσως, υἱόν

*ἴσως, διαφοράν,

* ἄνθρωπος

* ἄξει

per illam vero cum Deo Verbo coniunĉtionem efficit, vt nos omnem fidem, omnemque cogitationem & contemplationem de illo habeamus: quare etiam adorationem, ob eam quæ in Deum refertur habitudinem, ab vniuerſa creatura ſuſcipit.

Vnum igitur Filium & Dominum Ieſum Chriſtum, per quem facta ſunt omnia, eſſe dicimus; primo quidem ac præcipue Deum Verbum, qui ſecundum eſſentiam Dei Filius & Dominus eſt, mente concipientes; ſimul vero etiam quod aſſumptum eſt, hoc eſt, Ieſum a Nazareth, animo cō-
pleĉtentes, quem Deus ſpiritu & *Act.10. v.38.*
virtute inunxit, tamquam in coniunĉtione cum Deo Verbo filiationis & dominationis partici-
pem. Qui etiam, iuxta beati Pauli *1.Cor.15.*
doĉtrinam, ſecundus Adam appellatur, vtpote eiuſdem quidem exiſtens cum Adam naturæ, demonſtrans autem nobis ſtatum futurum. Tantum autem inter hunc & illum diſcrimen intercedit, quantum inter eum qui futuræ vitæ ineffabilia bona ſubminiſtrat; & alterum, qui præſentium calamitatum initium cauſamque dederit. Appellatus eſt itidem ſecundus Adam, tamquam is, qui ſecundum ſtatum nobis oſtenderit: ſiquidem ſtatus prioris mortalis, & paſſioni obnoxii, multiſque miſeriis referti, Adam auĉtor extitit, in quo etiam ſimilitudinem ipſius hauſimus: ſecundum vero ſtatum Chriſtus Dominus demonſtrauit; qui olim, cum de cælo apparuerit, omnes nos in ſuum
adducet conſortium. *Primus* e- *Ibid.v.47.*
nim *homo*, inquit, *de terra terrenus*, *ſecundus homo Dominus de cælo*, hoc eſt, inde apparituros,

ANNO CHRISTI 431.

vt omnes ad ſui ipſius imitationem perducat. Vnde addit: *Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes.* &: *Sicut portauimus imaginem terreni, portemus etiam imaginem cæleſtis.* Itaque in hoc ipſo qui apparet, & ab omnibus qui iudicandi ſunt palam cernetur, diuina natura occulte latitans iudicium exercebit. *Nam tempora quidem ignorantiæ noſtræ deſpiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant; eo quod ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem in iuſtitia, in viro, in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum a mortuis.* Hæc eſt eccleſiaſticorum dogmatum doctrina: & omnis qui diuerſa ab his ſentit, anathema ſit. Omnis qui non accipit ſalutarem pœnitentiam, anathema ſit. Omnis qui ſacram paſchatis diem non celebrat iuxta ritum ſanctæ catholicæ eccleſiæ, anathema ſit.

Ibid. 48.

Actor. 17. v. 30.

## *Subſcriptio eorum qui decepti fuerant.*

*Budius Iunici

*RVDIVS Iconici Philadelphius Quartodecimanus, cognoſcens veram orthodoxamque fidem, & rogans Theophanē ſanctiſſimum epiſcopum, ſanctiſſimæ catholicæque eccleſiæ me adiunxi; omnemque hæreſim, & præcipue Quartodecimanorum, in qua ante errabam, anathematizo; ac præſcriptæ orthodoxæ fidei expoſitioni aſſentior. Anathematizo etiam illos, qui ſanctum paſchatis diem aliter celebrant quam ſancta catholica & apoſtolica eccleſia: adiurans

τῷ πάντας εἰς μίμησιν ἄγειν ἑαυτοῦ. ὅθεν ἐπάγει· οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοὶ, καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι· καὶ, καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. ἐν τούτῳ δὴ φαινομένῳ τε καὶ παρὰ πάντων ὁρωμένῳ τῶν κρίνεσθαι μελλόντων, ἐν ἀφανεῖ τυγχάνουσα ποιήσεται τὴν κρίσιν ἡ θεία φύσις· τοὺς γὰρ χρόνους τῆς ἀγνοίας ἡμῶν ὑπεριδὼν ὁ θεὸς, τανῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν· καθότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ, ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. αὕτη τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων ἡ διδασκαλία, καὶ πᾶς ὁ ἐναντία τούτοις φρονῶν ἀνάθεμα ἔστω. πᾶς ὁ μὴ δεχόμενος τὴν σωτήριον μετάνοιαν, ἀνάθεμα ἔστω. πᾶς ὁ μὴ ποιῶν τὴν ἁγίαν ἡμέραν τοῦ πάσχα κατὰ τὸν τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας θεσμὸν, ἀνάθεμα ἔστω.

## Ὑπογραφὴ τῶν ἠπατημένων.

*ΡΟΥΔΙΟΣ Ἰκονικοῦ Φιλαδελφεὺς, τεσσαρεσκαιδεκατίτης, ἐπιγνοὺς τὴν ἀληθῆ πίστιν τῆς ὀρθοδοξίας, καὶ παρακαλέσας τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον *Θεοφάνην, προσῆλθον τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν· ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, εἰς ἣν τὸ πρότερον ἐπλανώμην· καὶ συντίθεμαι τῇ προγεγραμμένῃ ἐκθέσει τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· ἀναθεματίζων καὶ τοὺς μὴ ποιοῦντας τὴν ἁγίαν ἡμέραν τοῦ πάσχα καθὼς ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία ποιεῖ· *ἐπομνύμενος

* Βούδιος Ἰουνικοῦ

* Θεοφάνην

* ἐξομνύμενος

ANNO CHRISTI 431.

τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα, καὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ νίκην τῶν δεσποτῶν τῆς οἰκουμένης, Φλαουίου Θεοδοσίου, καὶ Φλαουΐου Οὐαλεντινιανοῦ, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων. εἰ δέ τι τούτων παρασαλεύσω ποτὲ, ὑποκεῖσθαί με τῇ τῶν νόμων αὐστηρείᾳ. καὶ ὑπαναγνωσθείσης μοι τῆς ἐκθέσεως, ὑπέγραψα διὰ Ἡσυχίου Φλαουίου βουλευτοῦ, διὰ τὸ γράμματά με μὴ εἰδέναι.

Ἡσύχιος Κερδανεπίου Φλαούιος βουλευτὴς, τεσσαρεσκαιδεκατίτης, ἐπιγνοὺς τὴν ἀληθῆ πίστιν τῆς ὀρθοδοξίας, καὶ παρακαλέσας προσῆλθον τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, καὶ συντίθεμαι τῇ προγεγραμμένῃ ἐκθέσει τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἀναθεματίζων καὶ τοὺς μὴ ποιοῦντας τὴν ἁγίαν ἡμέραν τοῦ πάσχα καθὼς ἡ ἁγία καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία ποιεῖ· * ἐπομνύμενος τὴν ἁγίαν τριάδα, καὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ νίκην τῶν φιλοχρίστων βασιλέων, Φλαουίου Θεοδοσίου, καὶ Φλαουΐου Οὐαλεντινιανοῦ, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων. εἰ δέ τι τούτων παρασαλεύσω ποτὲ, ὑποκεῖσθαί με τῇ τῶν νόμων αὐστηρείᾳ. καὶ ὑπέγραψα τῇ ἐμῇ χειρί.

* ἐξομνύμενος

Ῥουφῖνος Φιλαδελφεὺς, τεσσαρεσκαιδεκατίτης, ἐπιγνοὺς τὴν ἀληθῆ πίστιν τῆς ὀρθοδοξίας, παρεκάλεσα προσαπῆλθον τῇ ἁγιωτάτῃ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν· συντίθεμαι δὲ μετὰ παντὸς τοῦ οἴκου μου τῇ προγεγραμμένῃ ἐκθέσει τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· ἀναθεματίζω καὶ τοὺς μὴ ποιοῦντας τὴν ἁγίαν ἡμέραν τοῦ πάσχα καθὼς ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία ποιεῖ,

ſanctam & conſubſtantialem trinitatem, & Flauii Theodoſii, Flauiique Valentiniani, orbis terrarum dominorum, & ſemper Auguſtorum, pietatem ac victoriam. Si quid autem iſtorum vnquam violauero, legum auſteritati ſubiacebo. Prælectæ expoſitioni, quod literarum rudis eſſem, per Heſychium * Flauium ſenatorem ſubſcripſi.

*Philadelphium

Heſychius Cerdanepii * Flauius ſenator, Quartodecimanus, vera orthodoxaque fide cognita, ad ſanctiſſimam & catholicam eccleſiam ſupplex acceſſi: omnemque hæreſim, & eam potiſſimum quæ eſt Quartodecimanorum, anathematizo. præſcriptæque orthodoxæ fidei expoſitioni adſtipulor. Eos præterea, qui ſanctum paſchatis diem iuxta ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ ritum non celebrant, anathematizo; per ſanctam & conſubſtantialem trinitatem, & per Flauii Theodoſii, & Flauii Valentiniani, Chriſtianiſſimorum imperatorum, ſemper Auguſtorum, pietatem ac victoriam iurans. Quod ſi quid vnquam iſtorum violauero, legum ſeueritati ſubiacebo. Et manu mea ſubſcripſi.

*Philadelphius

Rufinus Philadelphius, Quartodecimanus, vera & orthodoxa fide agnita, ſanctiſſimæ catholicæ eccleſiæ ſuppliciter aduolutus, omnem hæreſim, & eam præcipue quæ eſt Quartodecimanorum, deteſtor, & cum vniuerſa domo mea præſcriptæ orthodoxę fidei expoſitioni aſſentior. Illos quoque qui ſanctum paſchatis diem ſecus celebrant quam ſancta & apoſtolica eccleſia, anathe-

matizo; per ſanctam & conſubſtantialem trinitatẽ, & per Chriſtianiſſimorum Flauii Theodoſii, & Flauii Valentiniani ſemper Auguſtorum, pietatem & victoriam iurans: ac ſi quid vnquam iſtorum præuaricatus fuero, me legum ſeueritati cũ tota mea domo ſubiectum fore. Et lectæ mihi huic fidei expoſitioni, vt quæ mihi placet, mea manu, meoque iudicio ac voluntate ſubſcripſi.

Eugenius Philadelphius, Quartodecimanus, cognoſcens cum omni domo mea veram & orthodoxam fidem, obſecrans ſanctiſſimum epiſcopum Theophanem, acceſſi ad ſanctiſſimam catholicam eccleſiam: & anathematizo omnem hæreſim, præcipue vero Quartodecimanorum, & eos qui non celebrant ſanctum diem paſchæ ſicut ſancta & catholica eccleſia celebrat. Conſentio vero cum omni domo mea præſcriptæ expoſitioni orthodoxæ fidei, iurans per ſanctam & conſubſtantialem trinitatem, & per pietatem & victoriam Chriſtianiſſimorum imperatorum, Flauii Theodoſii, & Flauii Valentiniani ſemper Auguſtorum. ſi vero aliquid eorum præuaricatus fuero quandoque, ſubiacere me cum omni domo mea legum ſeueritati. Et lectæ mihi expoſitioni, quæ & placuit, ſubſcripſi manu mea.

Fauſtinus laicus Philadelphius, Quartodecimanus, cognoſcens veram & orthodoxam fidem, obſecrans ſanctiſſimum epiſcopum Theophanem, acceſſi ad catholicam eccleſiam: & anathematizo omnem hæreſim, præcipue vero

*ἐπομνύμενος τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα, καὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ νίκην τῶν φιλοχρίστων βασιλέων, Φλαυίου Θεοδοσίου, καὶ Φλαυίου Οὐαλεντινιανοῦ, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων· εἰ δέ τι τούτων παρασαλεύσω ποτὲ, ὑποκεῖσθαί με τῇ τῶν νόμων αὐστηρείᾳ μετὰ παντὸς τοῦ οἴκου μου. καὶ ὑπαναγνωσθείσης μοι τῆς ἐκθέσεως, καὶ ἀρεσάσης μοι, ὑπέγραψα οἰκείᾳ μου χειρὶ, τῇ ἐμαυτοῦ γνώμῃ καὶ προαιρέσει.

Anno Christi 431.

* ἐπομνύμενος

Εὐγένιος Φιλαδελφεὺς, τεσσαρεσκαιδεκατίτης, ἐπιγνοὺς μετὰ παντὸς τοῦ οἴκου μου τὴν ἀληθῆ τῆς ὀρθοδοξίας πίστιν, παρακαλέσας τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Θεοφάνην, προσῆλθον τῇ ἁγιωτάτῃ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν· καὶ τοὺς μὴ ποιοῦντας τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα καθὼς καὶ ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία ποιεῖ. συντίθεμαι δὲ μετὰ παντὸς τοῦ οἴκου μου τῇ προγεγραμμένῃ ἐκθέσει τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἐπομνύμενος τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα, καὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ νίκην τῶν φιλοχρίστων βασιλέων, Φλαυίου Θεοδοσίου, καὶ Φλαυίου Οὐαλεντινιανοῦ, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων· εἰ δέ τι τούτων παρασαλεύσω ποτὲ, ὑποκεῖσθαι μετὰ παντὸς τοῦ οἴκου μου τῇ τῶν νόμων αὐστηρείᾳ· καὶ ὑπαναγνωσθείσης μοι τῆς ἐκθέσεως, καὶ ἀρεσάσης μοι, οἰκείᾳ χειρὶ ὑπέγραψα.

Φαυστῖνος λαϊκὸς Φιλαδελφεὺς, τεσσαρεσκαιδεκατίτης, ἐπιγνοὺς τὴν ἀληθῆ πίστιν τῆς ὀρθοδοξίας, καὶ παρακαλέσας τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Θεοφάνην, προσῆλθον τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ τὴν τῶν

ANNO CHRISTI 431.

